



114

40541

BIB. DEPT.
SEMINARY
SANDHURST

PROSODY
ANTHROPOLOGICAL

ETHNOLOGICAL

Journal of the
American Anthropological Association

COMPLETE

Volume 10
Number 1
1900

Published by the
American Anthropological Association

Washington, D.C.

Price \$1.00

40541

ZOOLOGICAL
SEMINARIUM
SANDHURST, N.Y.

40541

Z 187
SILK
SANDWICH ISLANDS

CURSUS
PHILOSOPHIÆ
ARISTOTELICO-
THOMISTICÆ
ABBREVIATUS,

Id est,

Tractatum Philosophicorum
omnium Summa,

Seu

COMPENDIUM,

Quod

In usum Philosophiæ Studioforum, Repetito-
rum &c. imo & ipsorum Professorum,

Aliorumque Philosophorum commodum e suis Prælectionibus
nuper fusius traditis

Collegit

R. P. ANSELMUS SCHNELL,

O. S. B. in Imper. Monast. Weingartensi Professus ac Professor
emeritus; nunc Prior ibidem.

PARS I.

Complectens Tractatum Præliminarem in Logicam Par-
vam seu Summulas, & quinque Tractatus in Logicam
Magnam.

*Cum Gratia & Privilegio Sacræ Cæsareæ Majestatis speciali, ac Facultate
Superiorum.*

AUGUSTÆ VINDELICORUM,

Sumptibus Joannis Jacobi Mauracher, Bibliopolæ Augustani.

ANNO MDCCXLIV.

CURSUS
PHILOSOPHICAE
ARISTOTELICAE
THOMASTICAE
ABBREVIATUS

Id est

Tractatum Philosophicorum
omnium summam

scilicet

COMPENDIUM

Quod

In usum Philosophiae studiosorum, Repetito-
rum & imo & ipsorum Professorum,
Aliorumque Philosophorum commodum e suis Praelectionibus

nuper suis traditis

Collectis

R. P. ANSELMUS SCHNELL

O. S. B. in Imper. Monast. Weingartensi Professor ac Professor
emeritus; nunc prior ibidem.

PARS I.

Complectens Tractatum Praelectionem in Logicam Par-
vam seu Summas, & quinque Tractatus in Logicam

Magna.

Cum Gratia & Privilegio Sacrae Caes. Majestatis Speciatim, ac Facultate
Superiorum.

AUGUSTAE NIDELICORUM,
Sumptibus Joannis Jacobi M. utcher, Bibliopolae Augustani.
ANNO MDCCXLIV.

PROLOQUIUM

AD

LECTOREM

PHILOSOPHUM.

Nuper *Cursus Theologiae Scholastico-Thomisticus*, à me in compendium redactus, per typos in lucem prodiit. Citatur ibi *Philosophia mea continuo*, etiam per numeros speciatim jam appositos. Ne hi forent de subjecto non supponente, hic supponitur *Cursus Philosophiae Aristotelico-Thomisticae*, pari modo abbreviatus. Motiva, scribendi adeo compendiose, ibidem adduxi fufius. Præcipuum est, ut levamen facerem & Tyronibus, & aliis studiorum Amatoribus. Utrisque Opusculum tantillum ingens, si non doctrine, saltem pretii & oneris, compendium suppeditabit. Prosequor in hoc methodum & ordinem, quem alibi tenui. Quin! subinde adhuc brevior sum. Et quidem omni studio. Enimvero habentes substantiæ notitiam (quam usus præsentis Opusculi supponit) taliter se citius recolligent; Neo-Philosophi autem facilius terminos notabunt. Imo horum explicationem invenient in nostro Clarissimo P. Renz Seniore; quem presso pede ubique sequor. Excipitur una vel altera sententia: circa quam tamen abunde satisfaciæ alter noster Clarissimus P. Placidus Renz Junior (nunc Vinearum nostrarum Abbas ter Gratosus) in *Philosophia sua*, extra sententias characteristicas, nuper problematice edita. Non Volumen, sed Compendium subministrare volui. Hæc ipsa causa est, quod ipsi objectioni statim interponam solutionem per parenthesis, additis huic, ad distinctionem, duobus punctis. Quod ne excideret, in cujuslibet Articuli objectione prima addidi v. d. vel n. &c. Ni hoc fecissem, ob necessariam repetitionem terminorum, Opusculum fere duplo majus evasisset. Objectiones itaque primò legendæ sunt omnia omni parenthesis: quæ si in relectione addatur, termini distinctionis (qui ordinariè typis CURSIVIS, ut vocant, exprimuntur) apparent sat commode applicati. Dicitæ brevitatis gratiâ vocabula aliqua, sæpius recurrentia, exprimo per unicum tantum aut alteram litteram; prout in fine Indicis pro qualibet Parte annotatur. Numeri marginales sunt ipsissimi, quos apposui Prælectionibus. Hæc proinde, ubi res ob brevitatem obscurior est, consulti poterunt saltem ab iis, quibus ad manum sunt, aut erunt. Accentis fere omnes omisi studiosissime. Pungunt continuo oculum legentis, typosque exasperant. Insuper uti ad locutionem non sunt necessarii, ita ad lectionem videntur plerumque superflui. Cæterum etiam hic selegi tales sententias, quales veritati, authoritatique S. D. Angelici propiores existimavi. Ad initium Partis cujuslibet prenoto numerum Tractatum; in his numerum Disputationum & Questionum &c. ut vel ad primum intuitum tota series reluceat. Similiter in multis favorum, aut odium scriptis sed soli veritati commoditatique Philosophiæ Amatorum intentus. Si contrarium excidit, præter intentionem accidit. Singula nunc meliorum aliorum, & imprimis S. Matris Ecclesiæ, judicio obsequentissime subjicio. Hæc sunt Lector Philosophæ! quæ præmonere volui. Vale jam! & save.



LICENTIA SUPERIORIS.

NOs Alphonsus D. G. Abbas Imperialis Monasterii Weingartensis, & pro tempore Præses almæ Congregationis Suevico-Benedictino-Josephinæ, hinc licentiam facimus, ut Cursus Philosophiæ Aristotelico-Thomisticæ, à R. P. Anselmo Schnell, Monasterii nostri Professo, in Compendium redactus, & à duobus Theologis, ad id deputatis, revisus, approbatusque, per prelum typographicum evulgari queat. In quorum fidem Præsentes manu nostra, Sigilloque Abbatiali munitas, dedimus in Imp. Monast. Weingart. Anno Domini Millesimo, septingentesimo, trigesimo septimo, die vigesimo primo Aprilis.

(L.S.) **ALPHONSUS ABBAS.**



Approbatio Facultatis Philosophicæ Salisburgensis.

LEgi Cursum Philosophiæ Aristotelico-Thomisticæ abbreviatum, & per omnia diligenter lustravi: cumque eundem non modo consonum invenerim Philosophorum Principum effatis ac opinionibus, verum insuper exquisita prorsus doctrinâ ac eruditione scatentem; hinc pro perennatura Authoris in foro Philosophico-Theologico consummati gloria typis dignissimum judico, Salisburgi vigesimo secundo Julii, An. Millesimo septingentesimo trigesimo septimo.

P. BERHTOLDUS VOGL,
Benedictinus Cremifanensis AA. LL. &
Philosophiæ Doctor, Metaphysices Professor, ac
p. t. Inclyta ejusdem Facultatis Decanus.

Approbatio Censoris.

Compendium hoc Philosophiæ Aristotelico-Thomisticæ cum doctrinam omnino fieri potest. Augustæ vigesimo sexto Jul. An. Millesimo septingentesimo trigesimo septimo.

H. S. Imprimatur.

JOANNES ADAMUS NIEBERLEIN,
SS. Theol. Doct. Episc. Dioclenfis, Suffrag.
Eysler. Præpositus ad S. Nicolaum in Spalt, Can.
Cath. Ecclesiæ Augustanæ, Consiliarius Eccles. &
p. t. Vicarius Generalis, mpp.

FRANC. JOSEPH. de HANDL,
SS. Theol. Licent. Celsiss. & Reverendiss.
S. R. I. Principis & Episcopi August. Consil.
Eccles. Major Pœnitentiarius, & Libro-
rum Censor, nec non insignis Ecclesiæ Col-
legiatae ad S. Mauritium Canonicus & Paro-
chus.



INDEX TITULORUM PRO PARTE I.

TRACT. I. DISPUTATIO I.

De iis, quæ pertinent ad primam
mentis operationem.

QUÆSTIO I.

De definitione & divisione termini.

Numerus est Marginalis.

- Art. 1. Quid sit terminus? n. 1.
- 2. Quotuplex sit terminus? n. 26.

QUÆSTIO II.

De proprietatibus termini.

- Art. 1. Quid & quotuplex sit suppositio? n. 43.
- 2. De residuis terminorum proprietatibus. n. 53.

DISPUTATIO II.

De iis, quæ spectant ad secundam
mentis operationem.

QUÆSTIO I.

De nomine, verbo, & oratione.

- Art. 1. Quid sit nomen? n. 58.
- 2. Quid sit verbum? n. 69.
- 3. Quid & quotuplex sit oratio? n. 74.
- 4. Quid & quotuplex sit definitio? n. 80.
- 5. Quid & quotuplex sit divisio? n. 86.

QUÆSTIO II.

De enuntiatione seu propositione.

- Art. 1. Quid & quotuplex sit propositio? n. 93.
- 2. Quotuplex sit propositio categorica? n. 96.

QUÆSTIO III.

De proprietatibus propositionis.

- Art. 1. Quid & quotuplex sit oppositio? n. 100.
- 2. Quid sit æquipollentia? n. 108.
- 3. Quid & quotuplex sit conversio? n. 111.

DISPUTATIO III.

De iis, quæ pertinent ad tertiam
mentis operationem.

QUÆSTIO I.

De discursu in communi.

- Art. 1. Quid & quotuplex sit discursus seu argumen-
tatio? n. 126.
- 2. Quæ sint argumentationis proprietates? n. 135.

QUÆSTIO II.

De Syllogismo, ejusque principiis intrin-
secis.

- Art. 1. Quid & quotuplex sit syllogismus? n. 143.
- 2. Quænam sit materia & forma syllogismi? n. 156.

QUÆSTIO III.

De principiis syllogismi extrinsecis.

- Art. 1. Quot sint principia syllogismum dirigentia?
n. 175.
- 2. Quid & quotuplex sit reductio? n. 221.
- 3. Quid & quot sint fallaciæ syllogismorum? n. 232.

TRACT. II. DISPUTATIO I.

De natura & qualitatibus Logicæ.

QUÆSTIO I.

De existentia & divisione Logicæ.

- Art. 1. An detur Logica artificialis? & qualis sit ha-
bitus? n. 248.
- 2. Utrum Analytica, Topica, & Sophistica inter se
realiter distinguantur? n. 261.
- 3. An Logica docens realiter distinguatur ab uten-
te? n. 272.

QUÆSTIO II.

De objecto Logicæ.

- Art. 1. Quodnam sit objectum materiale Logicæ?
n. 286.
- 2. Quodnam sit objectum formale? n. 304.
- 3. Quodnam sit objectum attributionis? n. 325.

QUÆSTIO III.

De qualitatibus Logicæ.

- Art. 1. Num Logica sit scientia? n. 336.
- 2. An Logica sit scientia speculativa? n. 361.

INDEX TITULORUM.

QUÆSTIO IV.

De fine, necessitate, & concursu
Logicæ.

- Art. 1.* Quinam sit finis Logicæ? n. 379.
2. Quomodo Logica sit necessaria ad alias scientias? n. 387.
3. Quomodo concurrat ad actus aliarum scientiarum? n. 409.

DISPUTATIO II.

De Ente rationis.

QUÆSTIO I.

De existentia entis rationis.

- Art. 1.* An detur ens rationis? n. 422.
2. Num denominationes extrinsecæ sint ens rationis? n. 449.
3. An secundæ intentiones objectivæ sint entia rationis? n. 459.

QUÆSTIO II.

De causa effectiva entis rationis.

- Art. 1.* Num solus intellectus faciat ens rationis? n. 465.
2. An Deus possit facere ens rationis? n. 479.

TRACT. III. DISPUTATIO I.

De Distinctionibus & Universalibus.

QUÆSTIO I.

De rerum distinctionibus.

- Art. 1.* In quo formaliter consistat distinctio? n. 503.
2. An detur distinctio modalis? & ex natura rei formalis? n. 523.
3. Utrum detur distinctio virtualis Thomistica? n. 538.
4. An dentur præcisiones objectivæ? n. 553.

QUÆSTIO II.

De Universalibus in genere.

- Art. 1.* Quid & an sit Universale Nominalium, & Platonium? n. 579.
2. Utrum detur universale Recentiorum? n. 592.
3. An detur universale Scotisticum? n. 611.
4. Num detur universale Thomisticum? n. 630.
5. Per quem actum intellectus fiat Universale? n. 653.
6. Utrum universale maneat in actuali prædicatione? n. 667.
7. Quot sint universalia? n. 681.

DISPUTATIO II.

De Universalibus in specie.

QUÆSTIO I.

De tribus primis Universalibus.

- Art. 1.* Quid sit genus? n. 690.
2. Quid sit species? & individuum? n. 705.
3. Quid sit differentia? n. 719.

QUÆSTIO II.

De duobus ultimis universalibus.

- Art. 1.* Quid sit proprium? n. 724.
2. Quid sit accidens? n. 730.

TRACT. IV. DISPUTATIO I.

De Prædicamentis in genere, & duobus in specie.

QUÆSTIO I.

De prædicamentis in genere.

- Art. 1.* Quænam conditiones requirantur, ut quid directe ponatur in prædicamento? n. 741.
2. Quot sint prædicamenta? & quomodo inter se distinguantur? n. 748.

QUÆSTIO II.

De prædicamento Substantiæ.

- Art. 1.* Quid sit substantia? & in quo formaliter consistat? n. 757.
2. An Deus directe ponatur in prædicamento substantiæ? n. 772.

QUÆSTIO III.

De prædicamento quantitatis.

- Art. 1.* In quo consistat quantitas formaliter? n. 786.
2. An substantia sine quantitate habeat partes extra partes? n. 791.
3. Utrum numerus sit propria species quantitatis discretæ? n. 810.

DISPUTATIO II.

De Qualitate, aliisque prædicamentis.

QUÆSTIO I.

De prædicamento qualitatis.

- Art. 1.* Quid? & quotuplex sit qualitas? n. 825.
2. Quæ?

INDEX TITULORUM.

2. Quomodo hæ species qualitatis distinguantur?
n. 830.

QUÆSTIO II.

De prædicamento Relationis.

- Art. 1.* Quid & quotuplex sit relatio? & quas conditiones requirat? n. 839.
2. Quot sint fundamenta relationis? n. 856.
3. An relatio realiter distinguatur à suo fundamento? n. 867.
4. Utrum relatio respiciat terminum ut quid abolutum? n. 891.
5. Unde sumatur unitas & distinctio relationum? n. 899.

TRACT. V. DISPUTATIO Ica.

De propositione seu enuntiatione.

QUÆSTIO Ica.

De essentia, veritate & falsitate propositionis.

- Art. 1.* In quo consistat essentia propositionis? n. 920.
2. An propositio semel vera possit transire in falsam? n. 944.

3. Num una ex duabus contradictoriis de futuro contingente sit determinate vera, altera falsa ante decretum Dei? n. 966.

TRACT. VI. DIPUTATIO Ica.

QUÆSTIO I.

De Syllogismo in genere.

- Art. 1.* In quo consistat essentia syllogismi? Et quomodo assensus præmissarum causet conclusionem? n. 985.
2. Quomodo assensus præmissarum necessitet ad assensum conclusionis? n. 1001.

QUÆSTIO II. & ult.

De Syllogismo demonstrativo, ejusque effectu, nempe Scientia.

- Art. 1.* Unde desumatur scientiarum unitas & distinctio tam generica quam specifica? n. 1010.
2. An scientia totalis sit una simplex qualitas? n. 1040.
3. Num scientia subalternata in absentia subalternantis sit proprie dicta scientia? n. 1047.
4. & ult. Utrum in eodem intellectu circa idem objectum possint simul stare scientia & opinio. n. 1064.



EXPLICATIO

Abbreviationum per decursum identidem recurrentium.

R.	id est	Respondeo.	a.	-	Antecedens.
n.	-	Nego.	c.	-	Consequentia.
c.	-	Concedo.	ç.	-	Consequens.
d.	-	Distinguo.	sup.	-	Suppositum.
subd.	-	Subdistinguo.	illat.	-	Illatum.
M.	-	Major.	TT.	-	Thomistæ.
m.	-	Minor.	RR.	-	Recentiores.
s.	-	Sequela.	aa.	-	Adversarij.
t.	-	Transeat.	fc.	-	Scilicet.
P.	-	Probatur.	Vid.	-	Videlicet, <i>vel</i> videatur.

(: intra parenthesin cum duobus punctis continetur semper responsio ad *objectionem* : qua proinde *primo* vice legi debet omiſſa omni parenthesi :)





CURSUS
PHILOSOPHIÆ
 ARISTOTELICO-THOMISTICÆ

ABBREVIATI

PARS I.

COMPLECTENS

Tractatum præliminarem in Logicam parvam seu
 Summulas, & quinque Tractatus in Logicam Magnam.

Philosophia à græcis vocabulis *philos* & *sophos*, quæ amorem studiumque sapientiæ indigunt, nomen suum sortita est. Hinc, si Senecæ credimus, is tantum cum veritate Philosophus dici potest, qui se sapientiæ sectatorem tam verbo quam opere demonstrat. Philosophia sic generice accepta latissimè patet, utpote *scientias* omnium rerum *naturalium*, quatenus per principia lumine naturæ nota comparari queunt, sub se comprehendens. Pressius tamen & juxta *modernam* docendi methodum sumpta plerumque Logicâ, Physicâ, & Metaphysicâ absolvitur. Logicam quod attinet (de qua in præsentî Parte prima; Physicæ enim & Metaphysicæ destinavimus duas alias) illa juxta nominis etymon artem recte differendi denotat, seque totam in directione intellectus, ne in suis operationibus erret, occupat. Quia vero in ea plura valde obscura & tyronibus oppido difficilia occurrunt, ideo solemnî in scholis usus obtinuit, ut Logicæ majori & difficiliori præmittatur Logica quædam minor & facilior, quam aliqui institutiones Dialecticas, plerique *Summulas* appellitant. Cui mori sane utilissimo hic quoque morem gerimus, dum in hunc primum Tractatum Logicam parvam seu Summulas compendiamus, positis tribus Disputationibus, quæ tribus mentis operationibus correspondebunt. Sit itaque

TRACTATUS I.
 IN LOGICAM PARVAM
 SEU
 SUMMULAS.

DISPUTATIO I.
 DE IIS, QUÆ PERTINENT
 AD PRIMAM MENTIS OPERATIONEM.

Scholæ inferiores docent *loqui*; humaniores deinde *eloqui*; Logica autem (quæ est prima ex altioribus seu severioribus) docet bene *cogitare*, id est, recte *apprehendere*, *judicare*, & *inferre*. Primum fiet per primam mentis operationem, quæ dicitur *simplex apprehensio*; & est actus intellectus, quo rem simpliciter apprehendimus, quin de ea quid affirmemus vel negemus: ad quam pertinent *Termini*; de quibus in hac Disputatione per *Quæstiones* duas examinando eorum definitionem, divisionem, & proprietates. Alterum per secundam mentis operationem, quæ vocatur *judicium* seu *enuntiatio*; & est actus intellectus, quo de re apprehensa judicamus aliquid affirmando vel negando: ad quam spectat *Propositio*. Ultimum per tertiam mentis operationem, quæ alias *Discursus* seu *illatio*, ab aliis etiam *judicium illativum* appellatur; estque actus intellectus, quo de re *apprehensa* & *judicata* aliquid inferimus. De quibus in duabus Disputationibus ultimis.

QUÆSTIO I.
DE DEFINITIONE ET DIVISIONE TERMINI.

ARTICULUS I.

Quid sit terminus? Et qualiter detur tam intra quam extra propositionem?

1 Prænotandum 1. Per Terminum logicum hic intelligi illud elementum, ex quo primo fit, & in quod ultimo resolvitur propositio logicalis (quæ sola est perfectum & simplex artefactum logicum) quemadmodum Physici illud vocant primum principium corporis naturalis, ex quo primo fit, & ultimo resolvitur compositum physicum.

2 Prænot. 2. Quæri hic, quid sit terminus logicus in genere, & absolute spectatus? quatenus nempe consideratur cum aliqua relatione rationis & ordine proximo ad propositionem, per modum actualis partis constituendam. De termino enuntiativo (qui invenitur in propositione actuali) & syllogistico (qui invenitur in propositione, actualiter posita in syllogismo) alibi loquemur. Interim observandum, in qualibet propositione reperiri 1. Subjectum; de quo aliquid enuntiatum seu prædicatur. 2. Prædicatum; quod enuntiatum. 3. Copulam: quæ connectit prædicatum cum subjecto.

3 Prænot. 3. Copulam semper esse verbum, formaliter spectatum; quod etiam in propositione negativa connectit prædicatum cum subjecto, saltem negative & signate; quia facit totum; sc. propositionem negativam. Præterea: etsi Copula possit poni primo vel ultimo loco, grammaticaliter; logice tamen semper debet esse media inter subjectum & prædicatum. Jam his prænotatis quæritur, quid sit terminus? Quotuplex in qualibet propositione? Et num detur actu talis extra actualem propositionem? Trinæ quæstioni respondebit conclusio trina.

4 CONCLUSIO I. Terminus est Extremum propositionis. Ita quoad rem Arist. l. 1. perih. c. 2. & S. Th. ibid. lect. 4. & c.

5 Probatur 1. Hæc definitio explicat naturam & essentiam termini (nempe componere propositionem, quod est primum prædicatum) eoquod prius sit componere, quam resolvere (quemadmodum lapidi prius est, quod componat murum tanquam pars, quam quod resolvatur in partem muri) ergo est bona. Maxime: quia constat genere, quod est extremum (quoniam in hoc terminus cum aliis extremis convenit) & differentia, quæ est propositionis, siquidem solus terminus sit extremum propositionis: ergo.

6 Prob. 2. Nostra definitio convenit soli & omni termino: nempe non tantum significativo,

sed etiam non-significativo; quia etiam hic proprie potest esse subjectum, adeoque extremum propositionis, ut si dico, plietri est bissyllabum. Ubi plietri proprie & per se est subjectum, quia de illo proprie & per se verificatur bissyllabum, non vero de to vox, utpote unissyllabo: adeoque licet non ducat in cognitionem alterius, ducit tamen in cognitionem sui, & veri à se indistincti, non minus ac si dicam, studeo est verbum, homo est nomen. Nec obstat, si subintelligatur hæc vox, ratione cuius esset subjectum: nam ly hæc vox etiam subintelligitur, quando dico: studeo est verbum; & terminus syncategorematicus nullus v. g. est subjectum tantum ratione substantivi, cui adjungitur; & tamen tam studeo quam nullus etiam in sententia aa. est proprie subjectum & terminus: ergo etiam plietri & alii termini non-significativi, aut materialiter spectati. Ex his sequitur

CONCLUSIO II. In una propositione dantur duo tantum termini. Est communior TT.

Probatur: Quia in qualibet propositione duo tantum dantur extrema (sicut in qualibet linea duo præcise dantur puncta) sc. prædicatum & subjectum: ergo & duo tantum termini.

CONCLUSIO III. Etiam extra actualem propositionem datur terminus actu: si consideretur cum aliqua relatione & aptitudine ad propositionem. Iterum communior.

Prob. 1. pars: Terminus est pars propositionis; quia constituit propositionem: atqui ut pars dicatur actu pars, non requiritur, ut actu sit in toto: sic in physicis anima separata est actu pars S. Petri v. g. in artificialibus brachium separatum est actu pars statuæ &c. Ratio est: quia verba in definitionibus posita non dicunt actum sed tantum potentiam (ut patet in definitione hominis, quod sit animal rationale) nisi actus sit de essentia actionis, relationis, visionis, &c. eoquod actu sublato hæc omnia pereant: ergo.

Prob. 2. pars: Ut aliquid sit actu pars compositi naturalis vel artificialis, requiritur determinatio naturæ vel artis, ut patet in anima, aut manu separata: ergo etiam ut terminus sit actu pars propositionis seu compositi intentionalis requiritur & sufficit determinatio rationis: sine quam parum terminus poterit dici pars actu propositionis, quam parum lapis, nullo modo adhuc elaboratus, potest dici pars actualis statuæ. Quod verò sufficiat, patet iterum ex eo, quia si requireretur propositio actualis, tunc in prima mentis operatione nulli darentur termini (cum tamen termini ad hanc pertineant) quoniam in prima mentis operatione non datur propositio actualis; ergo.

Obijcies 1. cont. 1. Concl. Aristoteles l. 1. prior. c. 1. definit terminum, quod sit id, in quod resolvitur propositio tanquam in prædicatum vel subjectum (: x. d. a. definitione rigorosa & à priori n. definitione descriptiva & à posteriori

ri c.): ergo nos male definimus, quod sit extremum propositionis *constitutivum* (: n. c. Quia *resolvi* involvit & *præsupponit componi*:)

13 Ob. 2. Terminus debet definiri per quid *notius* (: quoad *essentiam* n. quoad *existentiam* c.): atqui *propositio* non est quid *notius* (: quoad *essentiam* c. quoad *existentiam* n. *Totum* enim *temper* est *notius*, saltem *confuse* & quoad *existentiam*, quam *partes*, ut constat in *navi velificante*: ergo male definitur per *propositionem*.

14 Ob. 3. urg. *Propositio* est termino *posterior* (: in *executione* c. in *intentione* n. quia est *finis*, ad quem terminus *ordinatur*): ergo terminus non potest definiri per illam (: n. c. *Alias materia* non posset definiri per *compositum*; cum etiam *hoc* sit *posterius* in *executione*):

15 Ob. 4. Ex nostra definitione sequitur, quod etiam *copula* sit terminus: atqui hoc non potest admitti; ergo. S. M. p. *Copula* potest esse *extremum* (: *logicum* n. *Grammaticale* & *locale* c.): ut si dico, *Petrus doctus est*: ergo.

16 Urges: *Copula* est *extremum* *logicum*; ergo. a. p. *Copula* (: *spectata formaliter*, quatenus est *copula* n. *spectata materialiter* c.): potest esse *subjectum* vel *prædicatum*, ut si dico, *EST est verbum*: ergo est *extremum* *logicum*.

17 Ob. 5. *Definitio* termini non convenit *soli Definito*: ergo. a. p. convenit etiam *integra propositioni* (: *spectata materialiter*, quatenus nempe est *subjectum* *propositionis compositæ*, c. *spectata formaliter*, n.): ut *PETRUS LENTE SCRIBIT* est *affirmatio*: ergo. Imo convenit etiam *nihilo*; quia *nihil* est terminus, & tamen non significat aliquid (: *positivum* c. *negativum* n.): ergo.

18 Premes: per datam definitionem etiam voces *non-significativæ* essent termini *logici*: atqui hoc dici non potest; ergo. m. p. *Oratio significativa*, qualis est *propositio*, requirit *partes significativas* (: omnes n. *aliquas* c. Nam sufficit *subjectum* fieri *significativum* per *prædicatum*. Sic *compositum* *humanum* dicitur *rationale*, licet non *omnes* *partes* *hominis* sint *rationales*: atqui voces *non-significativæ* nihil significant (: à se *distinctum*, c. *quid indistinctum*, nempe *sonum* & *litteras* n.): ergo. Vid. P. Ruedorffer p. 1. c. 1. a. 1. §. 2. a n. 7.

19 Ob. 6. cont. 2. concl. In *una* *propositione* sunt *plures* *dictiones*; ergo & *plures termini* quam *duo*. c. p. Juxta *Aristotelem dictio* & *terminus* (: *spectatus vulgariter* c. *spectatus logice* n.): sunt *idem*; ergo.

20 Ob. 7. Terminus (: *vocalis* & *significativus* c. terminus in *genere*, quatenus nempe convenit etiam *mentali* & *non-significativo* n.): à multis definitur, quod sit *vox significativa* ad placitum: atqui *plures* *tales* *voces* dantur in *quolibet* *propositione*; ergo.

21 Repones: *Nomen* & *verbum* (: *vocale* c. in *genere* n.): definiuntur, quod sint *vox signi-*

ficativa: ergo etiam sic debet definiri terminus (: *vocalis* & simul *significativus* c. terminus in *genere*, prout nos definimus, n.):

Ob. 8. cont. 3. concl. Extra *actualem* *propositionem* non dantur *extrema* *actu* *talia*: ergo nec dantur *termini actu*. a. p. Extra *propositionem* *vox homo* v. g. *actu* *nihil terminat*; ergo *actu* non est *extremum* (: quoad *exercitium accidentale* c. quoad *entitatem essentialem* n.): sicut *tegula extrema domus*, nisi *actu* *domui applicetur* non est *extremum actu* (: *actualitate exercitii* *accidentalis* c. *actualitate* *capacitatis* & *determinationis* n.):

Insistes: *Totum* non dicitur *actuale* nisi in *compositione actuali*: ergo etiam *pars* non dicitur *actualis*, nisi in *actuali* *compositione* (: n. c. Quia esse *totum*, est quoddam *bonum*, adeoque ex *integra* *causa*: esse vero *partem* est quoddam *malum*, quod est ex *quolibet defectu*, consequenter etiam in *defectu* *propositionis*): c. p. *Pars* & *totum* sunt *correlativa* (: quoad *actum existentie* c. quoad *actum compositionis* n. alias enim *anima* *S. Petri* non esset *pars actu* *S. Petri*, eoquod *actu* non sit in *corpore* *S. Petri*): ergo.

Ob. ult. Si daretur terminus *actu* extra *actualem* *propositionem*, deberet ab intellectu *determinari* ad esse *prædicati* vel *subjecti*, & consequenter *mutari* *intrinsece* (: *physice* & *realiter* n. *logice* & *intentionaliter* c.): atqui per *intellectum* non potest *mutari* *intrinsece*: quia *intellectus* est *rebus extrinsecus* (: *realiter* c. *logice* & *intentionaliter* n. Quippe *relatio rationis*, seu *ordo*, quem *intellectus rebus* affingit, est *ius intentionaliter intrinsecus*):

Clamas: Terminus *extra* *propositionem* est *indifferens* ad *constructionem grammaticalem*, vel ad *propositionem logicalem* (: si terminus consideretur *præcise materialiter* c. si consideretur ut *intentio secunda objectiva*, prout *Logica* *omnia* *considerat*, n.): ergo *actu* non est terminus *logicalis*. Maxime: quia ipsi sic non conveniunt *proprietates* *terminorum* v. g. *suppositio*, *ampliatio*, quæ sunt *proprietates termini* (: secundum *essentiam* *considerati* n. sunt *proprietates termini*, *considerati* in *statu actualis* *compositionis*, adeoque non *quarto modo*, c.): Vid. P. Oberhauser d. 1. q. 2. a. 2. §. 3. à n. 40.

ARTICULUS II.

Quotuplex sit terminus?

CONCLUSIO I. Terminus dividitur I. in *mentalem*, *vocalem*, & *scriptum*: *vocalis* in *significativum*, & *non-significativum*: *significativus* in *categorematicum*, *syncategorematicum*, & *mixtum*; Est *communis Dialecticorum*.

Explicatur: *Mentalis*, est *extremum* *propositionis mentalis*: *vocalis*, *propositionis vocalis*;

lis; *scriptus*, *scriptæ*; *significativus*, qui aliquid à se *distinctum*; *non-significativus*, qui nihil à se *distinctum* significat. *Categorematicus*, qui se solo aliquid *perfecte* & *determinate*; *syncategorematicus* verò, qui nihil *perfecte* & *determinate* significat. *Mixtus*, qui utrumque hunc *virtualiter* continet, ut *nemo* &c. ergo. Vid. P. Renz hic d. 1. q. a. 2. per tot.

27 CONCLUSIO II. *Categorematicus* subdividitur in *communem*, *particularem*, & *collectivum*: *Communis*, in *transcendentalem*, & *non-transcendentalem*: *Non-transcendens* in *univocum*, *æquivocum*, & *analogum*. Rursus *communis*.

Explicatur: *Communis* est, qui de pluribus *divisim* dici potest; dicitur etiam *universalis*: *Particularis*, qui *unum* tantummodo significat idque vel *determinate*, vel *indeterminate*, vel ex *suppositione*: *Collectivus*, qui *plura* simul per modum *unius*. *Transcendentalis*, qui de omnibus rebus dici potest; tales termini sunt, *res*, *ens*, *unum*, *bonum*, *aliquid*, *verum*, litteris hujus vocis REUBAU exprimi soliti: *Non-transcendentalis*, qui de aliquibus tantum. *Univocus* est, qui de pluribus sub *eadem* - : *Æquivocus*, qui sub *diversa* - : *Analogus*, qui partim sub *eadem*, partim sub *diversa* ratione & *significatione* dicitur.

28 CONCLUSIO III. *Categorematicus* rursus dividitur in *absolutum*, & *connotativum*: *concretum* & *abstractum*; *simplicem* & *complexum*: *finitum*, & *infinite*; *terminum primæ intentionis* & *secundæ intentionis*: *positivum*, *privativum*, & *negativum*: *denominantem*, *denominatum*, & *denominativum*: in *essentialem* & *accidentalem*. Iterum *communis*.

Explicatur: *Absolutus* est, qui rem significat *substantive*: *Connotativus* qui significat *adjective* seu quasi-*adjective*; tales sunt omnia *adjectiva*, & *substantiva relativa*. *Concretus*, qui formam cum *subjecto concretam*; *abstractus*, qui formam à *subjecto abstractam*, significat. *Simplex* est, cujus partes *separata* non significant *id*, quod *conjunctæ*: *Compositus* e contra. *Terminus primæ intentionis*, qui significat rem, prout est à *parte rei*: *secundæ intentionis*, prout *substat considerationi intellectus*. *Positivus* est, qui significat aliquid *reale*: *privativus*, qui significat *absentiam formæ* in *subjecto capaci*, ut *cæcus respectu hominis*. *Negativus*, in *subjecto incapaci*, ut *cæcus respectu lapidis*. *Denominans* est ipsa *forma*: *denominatus*, *subjectum*: *denominativus*, *concretum*. *Essentialis*, sine quo *res nec est nec esse potest*: *accidentalis*, e contra; ergo.

29 CONCLUSIO IV. *Termini* ratione *comparationis* dividuntur in *pertinentes*, & *impertinentes*: *pertinentes* in *convertibiles*, *disparatos*, & *repugnantes*. *Denuo communis*.

Explicatur: *Pertinentes* sunt, quorum *unus*

alterum infert, vel *repugnat*: *convertibiles*, qui se *mutuò* inferunt: *disparati*, qui sibi *repugnant*, non tamen *opponuntur*: *repugnantes*, qui sibi *opponuntur*, vel *contrarie* (ut *album* & *nigrum*) vel *contradictorie* (ut *album* & *non album*) vel *privative* (ut *lux* & *tenebræ*) vel *relative* (ut *dominus* & *servus*) ergo.

Objicies 1. cont. 1. concl. *Albus* v. g. nihil *determinate* significat (: r. d. a. quoad *determinationem formæ* n. quoad *determinationem subjecti* c. ex quo tantum sequitur, quod non possit esse *subjectum*:) quia quando dico, *est albus*, nullum *album determinate* cognosco: ergo *adjectiva*, etiam *determinatam formam* significantiæ, non sunt *termini categorematici*. Deinde: *signa logicalia*, *omnis*, *nullus*, *aliquis*, non sunt *termini categorematici*: ergo nec *adjectiva* (: n. c. Quia *hæc addunt novam formam determinatam*; illa autem *præcise novum modum* significandi, ut *O. seu nulla*, in *arithmetica*: qui, cum sit *nimum indifferens*, eoquod de *omni re* dici possit, nec se solo *prædicatum* esse possit, ad *constituendum categorema* non sufficit:)

Ob. 2. Si *terminus mixtus* includeret *categorematicum* & *syncategorematicum*, tunc significaret simul *perfecte* & *imperfecte* (: secundum *idem* n. respectu *diversorum*, *substantivi* nempe & *adjectivi*, *virtualiter* in *mixto contenti*, c.:) atqui hoc est *habere significationes oppositas*; ergo.

Dices: Sic *mixtus* erit *complexus*; quia *plura* significat (: per *voce plures*, quod requiritur ad *complexum*, n. per *unam tantum* c.:) ergo.

Ob. 3. cont. 2. concl. *Deus*, *sol*, *luna*, non sunt *termini communes*; ergo. a. p. Non significant *plura* *divisim* (: quoad *modum representandi* n. quia significant *sine singularitate*: quoad *rem representatam* c.:) quia non possunt dici de *pluribus* (: *existentibus actualiter* c. *possibiliter* n.:) ergo.

Instas: *Deus*, nullo modo potest dici de *pluribus*; ergo. a. p. Alias essent *plures Dii* (: si diceretur cum *sui multiplicatione* c. *secus* n.:) sicut sunt *plures homines*, dum *homo* dicitur de *pluribus* (: n. *parit*. Quoniam *natura humana* in *inferioribus multiplicatur*, non autem *Divina* in *tribus Personis Divinis*. Est itaque *terminus communis*, non tamen *universalis*:) ergo.

Ob. 4. *Petrus* etiam potest dici de *pluribus* (: quoad *nomen* & per *accidens* c. quoad *rem* & per se ex *primæ institutione* n. Nam *Petrus* de se significat *hominem determinatum*, de uno duntaxat *prædicabilem*:) ergo erit *terminus communis*.

Ob. 5. Saltem *populus*, *exercitus*, erunt *termini communes*; ergo. S. p. Possunt dici de *pluribus* *populis*, *exercitibus*: ergo erunt *termini*

termini communes & simul collectivi (: sub diverso respectu c. sub eodem n. Enimvero comparative ad *individua* in populo &c. sunt termini collectivi: comparative ad plures *populos*, sunt termini communes: sicut *canis* v. g. sub diverso respectu est univocus, & æquivocus:)

37 Ob. 6. Æquivoca sunt *plura* secundum *essentiam* (: *materialiter*, si sumantur pro ipsis rebus *æquivocis*, c. *formaliter*, quatenus sumuntur pro ipsis *nominibus* seu terminis æquivocantibus, n. Taliter enim sub una ratione formali conveniunt:) cùm habeant diversas significationes essentielles: ergo non possunt *unica* definitione definiti.

38 Ob. 7. cont. 3. concl. *Albedo* non est terminus absolutus: ergo. a. p. Non significat per modum *per se* stantis (: quoad rem *representatam* c. quoad *modum representandi*, à quo termini logici sumuntur, n. est enim substantivum:) quia *albedo* *adjacet* alteri, muro, homini &c. ergo.

39 Reperes: *Dominus*, *servus*; sunt *substantiva* (: absoluta n. *relativa* c. :) & tamen non sunt termini *absoluti*: ergo nec *albedo* est terminus absolutus.

40 Ob. 8. *Cæcus* non est terminus connotativus; ergo. a. p. *Cæcus* non significat per modum *adjacentis* alteri (: *positive* c. *privative* n. significat enim privationem *visus*, uti *tenebrosus* privationem lucis:) sed potius per modum *non-adjacentis*, quia significat visum non *adjacere*: ergo.

41 Ob. ult. *Homo* non est terminus *concretus*, ergo. a. p. Non dicit formam ut in *subjecto*; quia *homo* non potest esse *subjectum humanitatis* (: *distinctum realiter* c. *ratione* n. :) siquidem non distinguantur; ergo.

42 Repones: Si *concretus* dicit *subjectum* & formam, erit terminus *collectivus*; quia significat *plura* per modum *unius* (: in *recto* n. *unum* in *recto*, nempe *subjectum*; & *formam* in *obliquo* c. :) ergo.

QUÆSTIO II. DE PROPRIETATIBUS TERMINI.

ARTICULUS I.

Quid & quotuplex sit suppositio?

43 **P**ænotandum: Primam Termini proprietatem esse suppositionem, quæ definitur, quod sit *acceptio termini vel pro se, vel pro suo significato, intra propositionem*. Nam sicut extra *actualem* propositionem non datur terminus *enuntiativus*, ita nec suppositio, quæ significationem termini *restringit* ad unum, aliquid affirmando vel negando. *Vid. n. 25.* Circa hujus divisionem sit

R. P. A. Schnell, Philos. P. I.

CONCLUSIO I. Suppositio *ut sic* dividitur in *materialem* & *formalem*. *Ita omnes.*

44 Explicatur: *Materialis* est acceptio termini *pro seipso*: & cognoscitur, si ex parte *subjecti* ponatur terminus *non-significativus*; vel si præponi possint signa materialitatis, *hæc dictio* &c. aut si ex parte prædicati ponatur aliquid, quod non significat rem sed terminum tantummodo seu prædicatum grammaticale v. g. *Logica est substantivum*. *Formalis* est acceptio termini *pro suo significato* formali; estque propria, vel impropria, ut dum *asinus* sumitur pro homine *stupido*.

45 CONCLUSIO II. Formalis subdividitur in *simplicem* & *personalem* seu *realem*: hæc in *universalem*, & *singularem*: item in *distributivam*, *collectivam*, *determinatam*, & *indeterminatam*. *Iterum omnes.*

Explicatur: Formalis *simplex* est acceptio termini *pro re* secundum *ea* tantum, quæ ipsi conveniunt ex *fictione* intellectus: quod tunc fit, quando *prædicatum* est terminus *secundæ intentionis*, ut *animal est genus*. *Personalis* est acceptio termini *pro re* secundum *ea*, quæ ipsi conveniunt à *parte rei*. Quod si terminus sit *universalis*, dicitur *universalis*; si *singularis*, dicitur quoque *singularis*. *Distributiva* est acceptio termini *communis* seu *universalis* pro suis inferioribus *seorsim* spectatis: & si sumatur pro *omnibus* speciebus & *individuis*, dicitur *absoluta* & *pro singulis* generum: si autem pro *solis speciebus*, & non pro omnibus earum *individuis*, dicitur, *accommodata*, & *pro singulorum generibus*. *Collectiva* est acceptio termini *communis* pro omnibus suis inferioribus simul & *collective* spectatis, ut *omnia elementa sunt quatuor*. *Determinata* est acceptio termini *communis*, affecti tamen signo *particulari*, pro suo inferiore *determinato*, ut *oculus videt*. *Indeterminata* econtra pro suo inferiore *indeterminato*, ut aliquis *oculus* est *necessarius* ad videndum.

46 CONCLUSIO III. Regulæ suppositionis cognoscendæ sunt quinque: tres ex parte *subjecti*: duæ ex parte *prædicati*. *Rursum omnes.*

Explicatur: Regula 1. Si *subjectum* afficiatur signo *universali*, supponit *universaliter* seu *distributive*. Excipe, si *prædicatum* sit terminus *secundæ intentionis*, aut *collectivus*: quia tunc supponet *simpliciter*, aut *collective*. Regula 2. Si autem afficiatur signo *particulari*, tunc supponet *particulariter*, nempe vel *determinate*, vel *indeterminate*. Regula 3. Si denique *subjectum* nullo signo afficiatur, tunc in materia *necessaria* supponit *distributive*: in materia *contingenti* autem *particulariter*, sc. *determinate* aut *indeterminate*. Hæc tres regulæ sunt pro *subjecto*: sequentes duæ pro *prædicato*. Regula 4. *Prædicatum* in *omni* propositione *affirmativa* supponit *particulariter*, sc. *determinate* vel *in-*

B

deter-

determinate. Regula 5. In *omni* propositione *negativa* autem *universaliter*, id est, distributive: ergo.

47 Objicies 1. cont. 1. reg. Quando dico, *omnis homo in Adam* peccavit, subjectum non supponit *universaliter* seu *distributive* (: R. d. a. distributione *absoluta* c. *accommoda* n. Nam subjectum limitatur ab intentione proferentis;) et si afficiatur signo *universali*: ergo regula 1. fallit. a. p. B. V. M. non peccavit in Adam; ergo.

48 Ob. 2. cont. 2. reg. Dum dico, *aliquis homo loquitur*, subjectum supponit *universaliter*; ergo secunda regula est nulla. a. p. *Omnis homo loquitur*, supponit *universaliter*; ergo & *aliquis homo loquitur*. c. p. *Aliquis* homo includit *omnes* & *singulos* homines (: ex parte *objecti* t. ex parte *modi* repræsentandi n. quia *aliquis* est signum *particulare*;) non minus quam *omnis homo*: ergo.

49 Ob. 3. cont. 3. reg. Hæc propositio, *homo loquitur*, habet terminum *universalem* (: *universaliter* sumptum n. *particulariter* c. :) ergo & ipsa est *universalis*.

50 Ob. 4. cont. 4. reg. In hac propositione, *omnis homo est risibilis*, prædicatum non supponit *determinate*; quia est *convertibile* cum subjecto: ergo prædicatum non in *omni* propositione affirmativa supponit *determinate* (: vi *formæ* n. vi *materia*, quando nempe prædicatum est *convertibile* c. hoc autem est per *accidens*;))

51 Ob. 5. cont. 5. reg. Dum dico, *aliquis logicus non est diligens*, prædicatum supponit *determinate*: ergo quinta regula non tenet. a. p. *Diligens* dicitur de suo inferiore *determinate* (: *affirmando* n. *negando* c. taliter autem afficitur signo *universali*, sc. *particula non* & sit *sensus*, *aliquis logicus est nullus ex diligentibus*;) ergo supponit *determinate*, & non *universaliter*.

52 Ob. 6. In hac propositione, *aliquis oculus videt*, oculus supponit *determinate*: ergo etiam in hac, *aliquis oculus est necessarius* ad videndum. c. p. In utraque propositione est idem prædicatum, sc. *visio contingens* (: ita tamen, ut in prima dicat *actum*, in secunda *potentiam* c. ut in utraque dicat *actum* n. :) ergo *eodem* modo supponent.

ARTICULUS II.

De residuis terminorum proprietatibus.

53 CONCLUSIO: Præter suppositionem dantur adhuc 7. aliæ proprietates: status, distractio: ampliatio, restrictio: diminutio, alienatio: & appellatio. Ita communiter omnes *Dialectici*.

54 Explicatur: *Status* est acceptio termini pro sola temporis differentia per *copulam* principalem importata; ut *Logicus scribit*, hoc est *Logicus*,

qui de præsentis existit. Adeoque terminus tunc dicitur habere *statum*, quando nec ampliatur, nec restringitur &c. *Distractio* econtra fit, quando terminus *necessario* debet accipi in alia temporis differentia, quam per *copulam* importatur; propter prædicatum repugnans subjecto: ut *cæci vident*, *claudi ambulant* &c. *Ampliatio* est extensio termini ad *plures* temporis differentias, quam per *copulam* importantur, ut *homo est animal*, id est, *homo qui est, qui fuit, qui erit*. Estque triplex 1. *Ampliatio* ad *plura supposita* tantum; ut, *justi resurgent*. 2. *Ad plura tempora* tantum; ut, *rosa est flos*. 3. *Ad plura tempora & supposita simul*; ut, *omnis homo potest ambulare*. *Restrictio* opponitur *ampliatio*ni, & est *coarctatio* termini communis à *majori* ad *minorem* suppositionem, ut *omnis Logicus diligens fiet doctus*. Fit quinque modis. 1. per *adjectionem adjectivi*. 2. aut casus *obliqui*. 3. aut *substantivi*. 4. vel *adverbii*. 5. vel *relativi*. *Diminutio* est termini *totaliter* significantis determinatio ad significandum *secundum quid*: ut *homo est immortalis secundum animam*. *Alienatio* est translatio termini à *propria* significatione ad *impropriam*. *Appellatio* est applicatio *significati formalis* alicujus *adjectivi*, aut quasi *adjectivi*, ad significatum *formale* vel *materiale* alicujus termini *substantivi* aut quasi *substantivi*. Si appellat super *materiale* (ut *album est dulce*) dicitur *materialis*: si autem super *formale* (ut *album est pulchrum*) dicitur appellatio *formalis*: quæ cognoscitur, si termino *appellato* (id est *subjecto* aut cui *formale* applicatur) possint applicari *particulæ* *reduPLICANTES*, *quatenus, qua talis, in quantum* &c.

Deduces: Ex his terminorum proprietatibus si una varietur, nunquam valere consequentiam, sed semper committi aliquam ex fallaciis; ad quas detegendas dictarum proprietatum noticia oppido necessaria est.

DISPUTATIO II. DE IIS, QUÆ SPECTANT AD SECUNDAM MENTIS OPERATIONEM.

AD secundam mentis operationem præcipue spectat *Propositio* seu *enuntiatio*. Quia vero hæc est oratio ex *Nominibus* & *Verbis* composita, ideo de his ipsis agemus in *Questione* prima: in altera deinde de *propositione*: & demum in *tertia* de hujus proprietatibus: ubique adeo breviter, ut ipsi conclusioni plerumque interjungamus *explicationem* per *parentheses* (quæ proinde omitti debent si conclusio non interruptim legi velit) ne eosdem terminos sæpius repetere adigamur.

QUÆSTIO I.
DE NOMINE, VERBO, ET
ORATIONE.

ARTICULUS I.

Quid sit Nomen?

58 **C**ONCLUSIO: Nomen est *vox significati-
va* (loco generalis) ad *placitum* (id est,
ex institutione humana) sine *tempore* (ut
distinguat à Verbo) *cujus nulla pars significat
separata* (saltem *id*, quod conjuncta, ut exclu-
datur oratio, & termini complexi; non enim
sunt nomina, sed nomina) *finita* (ut excludan-
tur termini *infiniti*; nam nomen est idem ac *no-
tamen determinate* significans) & *recta* (ut ex-
cludantur casus *obliqui*, qui tantum sunt casus
nominum) *faciens cum verbo veram vel falsam
orationem* (ut excipiantur termini *syncategore-
matici* &c.) *Ita Arist. 1. perih. c. 2.*

59 **Ob**icies 1. *Gemitus, risus, sunt nomina:*
atqui *hi* significant *naturaliter* (x. d. m. si su-
mantur pro *re* significata c. si sumantur pro *vo-
cabulis* risum significantibus n.) ergo nomen
non debet significare ad placitum.

60 **Ob**. 2. Aliqua nomina significant *cum tem-
pore*; ergo. a. p. *Præteritio, futuritio, sunt ve-
ra nomina*: atqui hæc significant *cum* tempore
(: grammaticaliter c. *philosophice* n. quia *non* sig-
nificant *actionem* in tempore exercitam:) ergo.

61 **Instas**: *Prandium, cœna, significant come-
sionem exercitam* tempore meridiano aut ve-
spertino; ergo significant *cum tempore* (: pro-
prio & *philosophico* n. *improprio* c. :) c. p. *Pran-
dium, cœna, sunt tempus saltem imaginabile:*
ergo *philosophicum* (: proprie n. *improprie* c. :)

62 **Ob**. 3. *Prorox separatim idem* significat,
quod conjunctim: ergo saltem aliquod *nomen*
significat *separatim*. a. p. *ly pro* etiam separatim
significat *vices* supplendas (: in genere c. *vices
regis* n. :) & *ly rex* regem (: ipsum c. *mini-
strum, quem conjunctim* denotat, n. Quod si
velis, significare prorsus idem, erit terminus
complexus, sicque à ratione nominis exclusus:) ergo.

63 **Ob**. 4. *Canis non est notamen determinatæ
significationis, & tamen est verum nomen*: ergo
etiam *terminus complexus, aut oratio*. a. p. *Can-
is, utpote terminus æquivocus, plura* signifi-
cat (: ex parte rei *significata* c. ex parte *modi
significandi* n. quia est *unica tantum vox* :) ergo.

64 **Urges**: *Terminus complexus potest esse ex-
tremum propositionis*: ergo etiam potest esse
nomen (: n. c. Quia nomen debet habere deter-
minationem *unius notaminis seu nominis* :)

65 **Ob**. 5. *Termini infiniti significant rem u-
nam determinate*: ergo sunt nomina. a. p. Dum
dico, *Petrus est non-leo, est determinata nega-
tio* (: ex parte rei *significata* c. ex parte *modi*

significandi n. quia non dicit, quid res sit, sed
solummodo quid res *non sit*: quod non est *no-
tare, nominare* &c. in quo tamen consistit essen-
tia *nominis* :) ergo.

Insistes: *Cæcitas est nomen*; ergo etiam 66
*non-leo. c. p. Cæcitas æque dicit negationem for-
ma* (: dicendo tamen determinate, quid sit c.
dicendo tantum, quid forma non sit, ut *non-leo,
n. :*) nempe visus, ac *non-leo*; ergo.

Ob. 6. *Nominativus est nomen*: ergo e- 67
tiam obliquus. c. p. Est idem nomen in obliquo
(: quoad *rem significatam* c. quoad *modum* sig-
nificandi n. :) quod est in recto; ergo. a. p.
Multorum nominum obliqui non differunt à re-
cto (: *materialiter, id est, sine articulis* c. *for-
maliter & cum articulis* n. :) ut *cete, tempe* &c.

Oppones: *Casus obliqui, uti & termini* 68
*syncategorematici, faciunt cum verbo veram ora-
tionem* (: virtute *propria* n. *aliena* c. :) ut *pœni-
tet me peccati; heri non est hodie*: ergo.

ARTICULUS II.

Quid sit Verbum?

CONCLUSIO: *Verbum est vox significativa* 69
ad placitum (en genus) *cum tempore* (id
est, significat actionem vel passionem exer-
citam in tempore: per quod differt à nomine,
quod quidem *significat, aut connotat* tempus)
cujus nulla pars significat separata (ut à ratione
Verbi proprie dicti excludantur talia composita,
amore prosequor, docendo disco) *finita* (ut exi-
mantur verba *infinita, quia nihil determinate
significant*) & *recta* (ut excipiantur alia tempo-
ra præter *Præsens, quod solum significat actio-
nem præsentem*) & *est eorum, quæ de altero di-
cuntur nota* (id est *copula*) *Ita Arist. 1. perih. c. 3.*

Obicies 1. *Sum non significat cum tempo-* 70
re; quia non significat actionem (: x. d. nec
aliquid per *modum actionis, nempe actum essen-
di, n. secus* c. :) seu actum *agendi, sed essendi*.
Idem est de *quiesco* (: n. hoc; nam dicit *actum
quietis, seu actualem quietem* :) ergo.

Urges: *Quiesco dicit cessationem ab actione* 71
(: quoad *rem significatam* c. quoad *modum* sig-
nificandi n. Etenim quoad *hunc* dicit saltem *pas-
sionem* quietis &c. :) ergo.

Ob. 2. *Dantur Verba, quæ sunt absoluta* 72
*ab omni tempore, ut patet in propositionibus
æternæ veritatis, sc. in materia necessaria*: ergo
non significant *cum tempore* (: *determinato* c. *in-
determinato* n. Vel aliter: quoad *rem* c. quoad
modum significandi n. :)

Ob. 3. *Verbum non semper est nota seu* 73
*copula; ergo. a. p. In propositione negativa
non connectit prædicatum cum subjecto* (: *affir-
mative & exercite* c. *negative & signate* n. :)
ergo ibi non est copula.

ARTICULUS III.

Quid & quotuplex sit Oratio?

74 **CONCLUSIO I.** Oratio est vox significativa ad placitum (loco generis) cujus partium aliqua significant separatim ut dicitur, non ut affirmatio vel negatio (per quæ differt à nomine & verbo, uti & à termino complexo, cui repugnat affirmatio vel negatio) De his aliqua infra à n. 78.

75 **CONCLUSIO II.** Oratio dividitur in perfectam (quæ sensum perfectum generat) & in imperfectam (quæ non generat sensum perfectum) Perfecta subdividitur in enuntiativam (in qua reperitur affirmatio vel negatio, veritas vel falsitas) & non-enuntiativam (in qua nec affirmatio, nec veritas &c. reperitur, uti fit in interrogatione &c.)

76 **Objicies 1.** Oratio involvit plures voces (: *By. d. a. confusas n. unitas c. :*) ergo male definitur quod sit unica vox (: *simplex c. composita n. Nam hoc insinuat per illud, cujus partium aliqua &c. :*)

77 **Ob. 2.** Oratio significat naturaliter; ergo non ex instituto. a. p. Oratio est instrumentum potentie naturalis, vid. intellectus (: *qua naturalis n. qua artificiosi c. :*) ergo & ipsa debet esse naturalis (: *quoad substantiam c. quoad modum n. Sic saltatio artificiosa procedit à potentia motrice pedum qua artificiosa, utut quoad substantiam ab ea procedat quatenus naturalis est :*)

78 **Ob. 3.** Hæc vox pluit est oratio, & quidem perfecta seu propositio: atqui nulla ejus pars significat separatim; quia non habet partes (: *explicite c. implicite n. :*) ergo male dicitur, cujus partium aliqua separatim significant.

79 **Deduces:** Eandem vocem compositam posse esse terminum complexum, si consideretur, quatenus potest esse extremum propositionis: & orationem, si consideretur tanquam totum, sine ordine ad aliud.

ARTICULUS IV.

Quid & quotuplex sit definitio?

80 **Prænotandum:** Cum *modus sciendi* sub oratione tanquam species comprehendatur, recte hic de eo agi. Definitur, quod sit oratio alicujus ignoti *manifestativa*. Et est triplex: *Definitio* (per quam manifestatur *essentia rei*) *Divisio* (per quam manifestantur *partes*) & *argumentatio*; per quam manifestantur *proprietas*.

81 **CONCLUSIO I.** Definitio est oratio (loco generis) *explicans naturam rei* (id est, *essentiam & quidditatem rei*; per quod differt à divisione, & argumentatione) *Ita communis ex Arist. 3. metaph. c. 7.*

CONCLUSIO II. Dividitur in *essentialem* (quæ rem explicat per partes *essentiales*, id est, per sola prædicata *essentialia*, vel metaphysice per genus & differentiam, vel physice per materiam & formam) & *accidentalem* seu descriptivam (quæ definitum explicat vel per proprietates, vel per causas *extrinsecas*, vel per aggregationem accidentium communium, ita ut simul spectata soli definito conveniant) Utraque subdividitur in *formalem* (& est ipse actus definiens) & *objectivam* (quæ est ipsa res definita, seu potius ipsa intrinseca significata *predicatorum*, naturam definiti explicantium) *Ita communis.*

CONCLUSIO III. Regulæ ad bonam definitionem requisitæ sunt quinque sequentes. 1. Definitio debet constare *genere proximo*, in quo nempe definitum cum *paucis* adhuc convenit: & *differentia ultima*, per quam definitum ab omni alio differat. 2. Omnis definitio debet esse clarius suo definito. 3. Definitum non debet ingredi definitionem. 4. Definitio debet esse convertibilis cum definito. 5. Nihil debet in ea superabundare, aut deesse. Ex his regulis sequitur 1. Ut, de quo *affirmatur* definitio, etiam *affirmetur* definito: idem est de *negatione*. 2. *Quidquid affirmatur* de definitione *realiter*, *affirmatur* de definito. 3. *Definitio convenit omni & soli* definito. *Vid. P. Renz hic a. 4.*

Objicies 1. *Definitio* non potest definiri; ergo a. p. *Alias idem* (: *By. d. eodem modo spectatum n. alio modo spectatum c. Nam definitio in communi & in actu signato definitur per definitionem particularem in actu exercito spectatam: sic nomen in communi definitur per aliquod nomen particulare &c. :*) esset definitio & definitum: ergo.

Ob. 2. *inst. Definitio in communi & definitio in particulari* sunt idem (: *quoad rem significatam c. quoad modum significandi n. Sic licet homo & animal rationale sint idem quoad rem, quoad modum tamen significandi animal rationale est multo clarius, quam ly homo :*) ergo non potest definiri per definitionem in particulari. a. p. *Definitio in communi* est hic *definitum*, definitio autem particularis est & manet definitio: atqui definitum & definitio debent esse idem (: *realiter c. formaliter n. :*) quia sunt convertibilia; ergo.

ARTICULUS V.

Quid & quotuplex sit Divisio?

CONCLUSIO I. Divisio est oratio, *totum* in suas partes distribuens. *Ita omnes.*

Explicatur: Oratio est genus: reliquæ particulae differentia; nam licet etiam definitio manifestet partes, id tamen facit eas componendo v. g. homo est compositum ex corpore & anima.

ma. Totum alio nomine dicitur *divisum*; partes, membra *dividentia*: ergo.

87 **CONCLUSIO II.** Divisio dividitur in *actualem* (quæ totum dividit in partes, ex quibus *actu* constat; estque vel *physica*, vel *metaphysica*, vel *integralis*) & *potentialem* (quando *Universale* dividitur in suas partes *subjectivas*, quas *potentia* continet, ut *divisio generis* in suas *species* &c.) ac *accidentialem*; per quam totum dividitur in sua *accidentia*; idque vel per *divisionem subjecti* in sua *accidentia*; vel *vicissim*; vel *accidentis* in *subjectum*. *Iterum omnes.*

88 **CONCLUSIO III.** Regulæ ad bonam *divisionem* sunt quatuor. 1. Membra *dividentia* debent esse inter se *distincta*, saltem *ratione*: quia *partis* est *excludere aliam à se*. 2. Adeoque una *pars* non debet *alteram* *formaliter* includere: alias *totum* adhuc non esset *divisum*. 3. Nullum *membrum* *dividens*, *seorsim* *spectatum*, debet *adæquare totum*: quia *pars* semper est *minor* *toto*. 4. Bene tamen *omnia* simul *spectata*: quia *totum* non *distinguitur à partibus* simul *sumptis*. Ex his *sequitur*

89 **CONCLUSIO IV.** Modi *argumentandi* ex *divisione* sunt tres. 1. A *diviso* (*potentialem*; nam in *integrali* & *actuali* non *procedit*) ad *omnia* membra *dividentia*, & *econtra*, valet *consequentia* tam per *affirmationem*, quam *negationem*. 2. A *membro* *dividente* ad *divisum* *affirmative*; *econtra* *autem* *negative*. 3. A *positione* *divisi*, & *negatione* *aliorum* *membro- rum*, valet *consequentia* ad *affirmationem* *membri* *restantis*. *Vid. P. Renz. a. 5.*

90 **Objicies 1. cont. 1. concl.** *Divisio* *constat* ex *partibus* *physicis* (: *n. d. a.* ex *parte* *rei* *divisæ* & *materialiter* *c.* ex *parte* *modi* *dividendi* & *formaliter* *n.:*) ergo *divisio* (: *objectiva* *c.* *formalis* *n.:*) non est *oratio*.

91 **Ob. 2. cont. 2. concl.** Quando *divido* *vocem*, v. g. *canem* in sua *significata* *æquivoca*, est *vera* *divisio*: atqui est *nulla* ex *assignatis* (: *n. hoc*; est enim *accidentalis*, nempe *subjecti*, quod est *entitas* *vocis*, in *accidentia*, quæ sunt *significata* *accidentaliter* *imposita* seu ex *accidentali* *institutione* *hominum*:) ergo.

92 **Ob. 3. cont. 3. concl.** In *divisione* *hominis* in *animal* & *rationale*, *ANIMAL* *latius* *pate- tet* (: *sumptum* pro *toto* *potentialem* *generico* *c.* pro *parte* *potentialem*, *contracta* per *rationale* *n.:*) quam *homo*; ergo.

QUÆSTIO II. DE ENUNTIATIONE, SEU PROPOSITIONE.

ARTICULUS I.

Quid & quotuplex sit propositio?

93 **Prænotandum:** *Orationem* *enuntiativam* *extra* *syllogismum* *dici* *enuntiationem*, in *syllogis- R. P. A. Schnell, Philos. P. I.*

mo *propositionem*, in *rigore*: communiter tamen *fumi* pro *eodem*, quia etiam *extra* *syllogismum* *propositio* *proponit*, quid *intellectus* *sentiatur*.

CONCLUSIO I. *Propositio* est *oratio* 94
(*loco generis*) *judicativa* *alicujus de aliquo* (per *quod* *distinguitur à prima* & *tertia* *mentis* *ope- ratione*, quæ licet sit *judicium* *illativum*, non tamen est *præcise* *assertivum*) *Ita quoad rem Arist. 1. de cat. c. 4.*

CONCLUSIO II. *Dividitur* in *categori-* 95
cam seu *simplicem* (quæ *constat uno* *principali* *subjecto*, *copula*, & *prædicato*; non *obstante*, si *adfit* *integra* *alia* *propositio*; modo sit *copu- la minus principalis* seu *implicationis*, se *tenens* *ex parte* *subjecti*) & *hypotheticam* seu *composi- tam* (quæ *constat duobus* *categoricis*, tanquam *partibus* *principalibus* *conjunctione* *aliqua* *inter se unitis*) estque *alia* *conditionalis*, *alia* *causalis*, *alia* *copulativa*, *alia* *disjunctiva*: de quibus *videatur* *P. Renz hic q. 2. a. 2.*

ARTICULUS II.

Quotuplex sit propositio categorica?

Prænotandum: In *divisione* *hujus* *attendendum* 96
Pesse 1. Ad *materiam*: quæ sunt *termini*.
2. Ad *formam* (quæ est *copula*) *item* ad *quantitatem* (quæ est *extensio* *subjecti* ad *plura* *vel pauciora*) & *qualitatem* (quæ est *veritas* *vel falsitas*: imò etiam, saltem *secundario*, *affirmatio* *vel negatio*) & *denique* ad *modum*, qui est *certa ratio*, qua *prædicatum* *subjecto* *potest* *inesse* *vel non inesse*.

CONCLUSIO I. *Propositio* *categorica* 97
ratione *materiae* *dividitur* 1. In *necessariam* (in qua *prædicatum* *neccessario* *convenit* *subjecto*) *impossibilem* (in qua *repugnat*) *contingentem* (in qua *actu* *convenit*, sed *contingenter*) & *possibilem* (in qua *potest* *tantum* *convenire*) 2. In *materialem* (in qua *prædicatum* & *subjectum* à *parte* *rei* *sunt idem*, ut *animalitas* *est* *rationalitas*) *formalem* (in qua *prædicatum* *non* *est* *omnino idem* *cum* *subjecto*, ut *homo* *est* *animal*) & *identitiam* (in qua *re* & *ratione* *sunt idem*, ut *Marcus* *est* *Tullius*) 3. In *directam* (in qua *prædicatur* *superius* *de inferiore*, ut *homo* *est* *animal*) & *indirectam* (in qua *inferius* *prædicatur* *de superiore*, ut *aliquid* *animal* *est* *homo*) 4. In *propositionem* *de secundo* *adjacente* (in qua *prædicatum* *non* *ponitur* *explicite*, ut *Petrus* *loquitur*) & *de tertio* *adjacente* (quando *ponitur* *explicite*)

CONCLUSIO II. *Ratione* *formæ* *dividi-* 98
tur in *affirmativam* & *negativam*: *ratione* *quan- titatis*, in *universalem*, *particularem*, *indefini- tam*, & *singularem*: *ratione* *qualitatis* in *veram* & *falsam*: imò *potius* in *affirmativam* & *nega- tivam*; quia *qualitas* *etiam* *est* *forma*. *Explicatio* *non* *est* *neccessaria*; *singula* *patescunt* *ex termi- nis*.

99 CONCLUSIO III. Ratione modi dividitur in *absolutam* (quæ dicit prædicatum inesse subiecto absque *determinatione modi*) & *modalem* (quæ dicit insuper modum, quo inest) Tales modi sunt quatuor 1. *Necesse*. 2. *Impossibile*. 3. *Contingens*. 4. *Possibile*. Quod si hi modi exprimentur *adverbialiter*, manet idem prædicatum & subiectum: si vero *nominaliter*, tunc *modus* fit prædicatum, à quo deinde *quantitas* propositionis desumenda est: nam tunc, *omnis necesse* valet; *impossibile* nullus: *possibile*, quidam: quidam non, *possibile* non. Vid. P. Renz q. 2. a. 4.

QUÆSTIO III. DE PROPRIETATIBUS PRO- POSITIONIS.

ARTICULUS I.

Quid & quotuplex sit Oppositio?

100 **P**renotandum: Proprietates propositionis *respectivas* esse tres, nempe *oppositionem*, *equipollentiam*, & *conversionem*. De prima, *logice* spectata, sit

101 CONCLUSIO I. Oppositio est *affirmatio* & *negatio* (adeoque debent esse *duæ propositiones*) *ejusdem* (id est, prædicati, quod debet esse idem secundum *vocem* & *significationem*) de *eodem* (subiecto) *secundum idem* (omnes *circumstantias loci, temporis, partium* &c.) *Est communis omnium*.

102 CONCLUSIO II. Oppositio est *quadruplex*: *contradictoria* (quando *duæ propositiones* sibi invicem repugnant secundum *quantitatem* & *qualitatem*) *contraria* (quando *duæ universales* repugnant in *qualitate*) *subcontraria* (quando *duæ particulares* repugnant in *qualitate*) & *subalterna* (quando *duæ* repugnant secundum *quantitatem* tantum: adeoque *proprie* oppositio non est.)

103 CONCLUSIO III. Regulæ oppositionum sunt sequentes. 1. *Contradictoria* in nulla materia possunt esse *simul veræ*: quia alias idem esset & non esset. 2. *Nec contraria*; quia involvunt *contradictorias*: possunt tamen simul esse *falsæ* in materia *contingenti* & *indirecta*, ut *omne animal est homo, nullum animal est homo*. 3. *Subcontraria* possunt simul esse *veræ* in materia *contingenti*; non tamen simul *falsæ*: quia alias *illarum contradictoria* possent esse simul *veræ*. 4. *Subalterna* possunt esse simul *veræ*, aut simul *falsæ*. Schema hujus quadruplicis oppositionis exhibet P. Renz *hic* q. 3. a. 1.

104 **O**bjicies 1. cont. 1. concl. Hæ propositiones, *Petrus studet, Petrus non studet*; *Petrus* est individuum, *Petrus* non est individuum; *aliquis oculus* est *necessarius ad videndum*, *aliquis oculus* non est *necessarius ad videndum*; *omnia elemen-*

ta sunt quatuor, omnia elementa non sunt quatuor, sunt *contradictoria*: ergo hæ non requirunt, ut mutetur *quantitas* (: *R. d. c.* si subiectum sit *terminus singularis*, vel *simpliciter, indeterminate*, aut *collective* supponat *c. secus n.* :) ergo.

Ob. 2. Juxta Aristotelem *l. 1. de interp.* 105 *c. 6. contradictoria & contraria* non distinguuntur (: in *essendo c.* quia *contraria* involvunt *contradictoria*: in *significando n.* :) ergo.

Ob. 3. In *subcontrariis* non est *affirmatio* 106 *ejusdem* (: *secundam naturam individui c. speciei n.* :) de *eodem*: ergo. a. p. habent *diversa subiecta*; ergo.

Ob. 4. In *subalternis* non est *affirmatio* & 107 *negatio*: ergo nec *oppositio* (: *proprie dicta, & secundum qualitatem c. improprie, & secundum quantitatem n.* :)

ARTICULUS II.

Quid sit equipollentia?

108 **C**ONCLUSIO I. Equipollentia est *duarum* 108 *propositionum oppositarum in sensu & significatione consensus*, *proveniens ex æqualitate signorum, mediante particula NON*. Ita omnes.

Signa autem alia sunt *universalia, affirmativa*, ut *omnis, quilibet, cunctus* &c. *Negativa*, nullus, nemo &c. Alia *particularia, affirmativa*, aliquis, quidam &c. *negativa*, aliquis non &c.

110 CONCLUSIO II. Ut una propositio *opposita* fiat *æqualis alteri*, tres hæ sunt regulæ: *Præ-Contradict*, *post-Contrar*-, *præ-postque subaltern*.

Explicatur: Si vis facere *duas propositiones oppositas* invicem *equipollentes*, tunc in *contradictoriis* unius subiecto *præpone* particulam *non*: in *contrariis* vero & *subcontrariis* *postpone*: in *subalternis* demum *præpone* & *postpone*!

ARTICULUS III.

Quid & quotuplex sit conversio?

111 **C**ONCLUSIO I. Conversio est *oratio, quæ* 111 *termini propositionis transmutantur de subiecto in prædicatum; & de prædicato in subiectum, servata eadem qualitate*. Iterum omnes.

Explicatur: Dicitur 1. *Oratio*, loco *generis*. 112 Dicitur 2. *qua termini* &c. loco *differentiæ*. Dicitur 3. *servata eadem qualitate*; quia *quantitas* potest mutari. Debet tamen *servari eadem suppositio*, & *aliæ terminorum proprietates*. Insuper debet fieri *mutatio totius subiecti*, 113 in *totum prædicatum*, ut *nullus bos fiet vitulus*; ergo *nullus futurus vitulus* est *bos*.

114 CONCLUSIO II. Conversio est *triplex*. 114 1. *Simplex*: quando *mutatur prædicatum* in *subiectum* *servata eadem quantitate & qualitate*. 2. *Per accidens*: quando *servatur quidem eadem qualitas, mutatur* tamen *quantitas*. 3. *Per contra-*

transpositionem: quando servatur iterum eadem quantitas & qualitas, mutatis tamen terminis *finitis* in infinitos.

115 CONCLUSIO III. Regulæ pro trina hac Conversione sunt sequentes.

fEcl simpliciter, convertitur EvA per accid. Actio per contrap. sic fit conversio tota.

116 Explicatur: *Feci simpliciter*: id est, propositio denotata per E. & I. convertuntur *simpliciter*: & sic de cæteris. Quænam autem propositiones intelligantur per has vocales indicabunt duo sequentes versus:

117 Afferit A. negat E. sed universaliter ambæ: Afferit I. negat O. sed particulariter ambæ.

118 Objicies 1. cont. 2. concl. Universalis affirmativa etiam potest converti *simpliciter*; ergo. a. p. Quando dico, *omnis homo est risibilis*, bene inverto, ergo *omne risibile est homo*: ergo potest converti simpliciter (: R. d. ç. *Semper & formaliter n. aliquando, & materialiter*, quando nempe prædicatum est de *essentia* subjecti, aut ejus proprietate c.):)

119 Ob. 2. Propositio *universalis affirmativa* non potest converti per accidens, quia alias ex *necessario* inferretur *contingens*, ut *omnis logicus est homo*, ergo aliquis *homo est logicus*, quod utique est *contingens* (: si prima sumatur *absolute c.* si *conditionate n.* Nam ex suppositione, quod aliquis *Logicus* existat, *necessario* sequitur, quod aliquis *Logicus sit homo* :)

120 Ob. 3. *Particularis negativa* non convertitur *simpliciter*; ergo. a. p. Alias hæc, *aliquis homo est mortuus*, posset converti, ergo *aliquod mortuum est homo*: atqui hoc consequens est *falsum* (: si sumatur cum *distræctione*, uti sumi debet, n. si in *statu* vel *ampliatione c.* :) ergo.

121 Quæres 1. Quomodo convertantur propositiones de *præterito*, vel *futuro*? R. Resolvendas esse in *participium*, per Verbum substantivum *sum*, vel *Relativum*, qui, quæ, quod: ut, *nullus senex erit puer*: ergo *nullus futurus puer erit senex*: Vel, *nullus, qui erit puer*, est *senex*. Propositiones *modales compositæ* per æquipollentiam reducendæ sunt ad *simplices*: *indefinitæ* sequuntur regulas illarum, ad quas reducuntur.

122 Particulæ *quantitativæ*, *omnis*, *nullus*, semper ponuntur ex parte subjecti. Serviant autem hæ conversiones ad *reductionem* syllogismorum imperfectorum ad perfectos per viam ostensivam. De quo à n. 234.

124 Quæres 2. Quomodo convertantur propositiones singulares? R. *Simpliciter*, si utrumque extremum sit *singulare*, ut *Plato est hic philosophus*: ergo *hic philosophus est Plato*. Quid fieri debeat, si *unum* extremum tantum sit *singulare*, alterum *commune*, aut *particulare*? videatur P. Kham à n. 879.

DISPUTATIO III. DE IIS QUÆ PERTINENT AD TERTIAM MENTIS OPERA- TIONEM.

HUc spectat Argumentatio; quæ alio nomine etiam *ratiocinatio*, aut *Discursus* dicitur. De hoc itaque in communi agemus per *Quæstionem primam*: per duas sequentes postea de præcipua ejusdem specie, nempe de *Syllogismo*.

QUÆSTIO I. DE DISCURSU IN COMMUNI. ARTICULUS I.

Quid & quotuplex sit *discursus* seu *argumentatio*?

CONCLUSIO I. *Discursus* est oratio, in qua unum inferitur ex alio. *Ita communis Dialecticorum.* 126

Explicatur: Dicitur *in primis*, *oratio*: loco generis. Additur, *in qua unum inferitur ex alio*: loco *differentiæ*. Hinc ad *discursum* requiruntur tria, sc. id *quod* inferitur, ex *quo* inferitur, & *ipsa illatio*. 127 128

CONCLUSIO II. *Discursus* dividitur in *materialem* & *formalem*: *formalis* subdividitur in *syllogismum*, *enthimema*, *inductionem*, *exemplum*, & *dilemma*. *Communis.* 129

Explicatur: *Discursus materialis* est, qui bene concludit tantum *ratione materiæ*: *formalis* autem, qui in *omni* materia bene concludit *vi formæ*. *Syllogismus* est *argumentatio* constans *tribus* propositionibus *M. m. & ç.* *Enthimema* vero est *argumentatio* constans *duabus* solum propositionibus *a. & ç.* *Inductio* est, in qua ex pluribus *singularibus* inferitur *conclusio universalis*. *Exemplum* autem, in quo ex uno vel pluribus *singularibus* inferitur *aliud singulare*. *Dilemma* est *syllogismus cornutus*, constans *duabus* partibus *oppositis*, quarum alterutra *concessâ*, quis capitur. *Soriten* & *epicheirema* *Rhetoricis* relinquitur. 130 131 132 133 134

ARTICULUS II.

Quæ sint *argumentationis proprietates*?

CONCLUSIO I. *Proprietas generalis* argumentationis est, quod *conclusio* sequatur partem *debiliorem*, vid. *particularem*, *negativam*, aut *falsam*. *Est communis.* 135

Probatur: *Malum* est ex quolibet defectu; ergo.

CONCLUSIO II. *Proprietates* argumentationis magis *speciales* sunt hæ quatuor. 1. Quod ex *a. vero* sequatur *ç. verum*, & nunquam *falsum*: ex *necessario*, *necessarium*; ex *probabili*, *probabile*. 136

probabile; ex *contingenti*, contingens. Ratio est: quia *antecedens* est *causa* consequentis; consequenter producit effectum sibi *similem*. 2. Ex falso per se sequitur semper *falsum*: ex *impossibili* possibile &c. Ratio, est prior. Per accidens tamen ex falso potest sequi verum, si *præmissa* falsa admittatur ut *vera*: ut *Petrus est equus*; ergo est *hinnibilis*. 3. Ex antecedente *contingenti* aut *possibili* potest insuper sequi consequens *necessarium* (ut homo *currit*, ergo est *vivens*) non tamen impossibile: quia impossibile semper est *falsum*. 4. Ex *impossibili* sequitur quodlibet, *impossibile*, *necessarium*, *contingens*, *possibile*. Ratio est: quia, supposita concessione unius, sequitur concessio alterius eo ipso, quod simul sequatur *connexio*: ergo.

140 Objicies I. cont. I. reg. Ex *contingenti* potest sequi *contingens*, juxta reg. I. ergo etiam ex *vero* *falsum*. R. d. a. e. p. *Contingens* potest esse *falsum* (: absolute c. ex suppositione quod a. fuerit *admissum* ut *verum* n. e. g. *omnis homo est doctus*, ergo *Petrus est doctus*;) ergo.

141 Ob. 2. cont. 2. reg. Ex *falso* non potest sequi *verum*, etiam per accidens: ergo. a. p. Ex *vero* nunquam potest sequi *falsum*, juxta regulam primam: ergo etiam nunquam ex *falso* potest sequi *verum*. c. p. *Verum* non continetur in *falso* (: absolute c. non continetur ex *hypothesi* n. si enim admittis *Petrum esse equum*, *admittere quoque debes*, esse *hinnibilem*;))

142 Ob. 3. urg. *Falsum* non potest contineri in *vero* etiam tantum ex *hypothesi*: ergo nec vice versa *verum* poterit contineri in *falso*, etiam ex *hypothesi* solum (: n. e. Quia *veritas* consistit in *indivisibili*, non autem *falsitas*, quæ semper aliquid veri admixtum habet. Sic si dico, *Petrus est marmor*, prædico saltem *ens*, *substantiam* &c. :)

QUÆSTIO II.

DE SYLLOGISMO, EJUSQUE PRINCIPIIIS INTRINSECIS.

ARTICULUS I.

Quid & quotuplex sit syllogismus?

143 CONCLUSIO I. Syllogismus est oratio, in qua, quibusdam positis, aliud quidpiam ex iis, quæ posita sunt, necessario sequitur, eoque hæc sunt. Ita Arist. I. prior. c. 1.

144 Explicatur: Est oratio (subintellige complexa; loco generis) in qua quibusdam positis (duabus præmissis) aliud quidpiam (sc. conclusio) ex iis, quæ posita sunt (nempe ex præmissis) necessario sequitur (ita ut consequentia non possit negari) eoque hæc sunt (si tamen præmissæ sunt debite dispositæ)

146 CONCLUSIO II. Syllogismus ratione

materia proxima dividitur in *analyticum*, *topicum* & *isophisticum*: in *affirmativum* & *negativum*: in *categoricum* & *hypotheticum*: in *absolutum* & *modalem*: Ratione *materia remota* autem in *communem* & *singularem* seu *expositorium*.

Explicatur: *Analyticus* seu *demonstrativus* 147 est, qui componitur ex præmissis *necessariis*: *Topicus*, qui ex *probabilibus* &c. *Affirmativus*, 148 qui habet *conclusionem affirmativam*: *Negativus*, 149 qui *negativam*. *Categoricus*, in quo omnes *propositiones* sunt *absolutæ*: *hypotheticus*, in quo saltem una est *conditionata*. *Absolutus*, 150 qui constat *propositionibus de inesse*: *Modalis*, qui *modalibus*. *Communis* est, *cujus medius* 151 *terminus est communis*: *Singularis* vero, si *medius terminus est singularis* & *incommunicabilis*. Appellatur etiam *expositorius*, quia ob suam *claritatem rem quasi exponit* sensibus. 152

CONCLUSIO III. Ratione *forma* dividitur in *perfectum* & *imperfectum*: in *directum* & *indirectum*: uterque hic in *plures alios*, juxta *pluralitatem figurarum* & *modorum*, in quibus fieri possunt.

Explicatur: Syllogismus *perfectus* est, qui 154 *clare ac evidenter* infert *conclusionem*: *imperfectus* autem, qui *illam infert minus evidenter* & *mediate tantum*; tales sunt omnes *syllogismi*, exceptis primis quatuor in *prima figura*. *Directus* 155 est, qui *maius extremum* in *conclusionem* prædicat de *minori extremo*: *indirectus*, qui prædicat *minus* de *maiore*.

ARTICULUS II.

Quenam sit materia & forma syllogismi?

CONCLUSIO I. *Materia remota* Syllogismi sunt tres *termini*, ex quibus *mediate*: 156 *proxima* autem sunt tres *propositiones*, ex quibus *immediate* componitur. Est *communis*.

Explicatur: Ad Syllogismum requiruntur 157 tres *termini*, sc. *subjectum* & *prædicatum* *conclusionis*, ad *medium*, cui in *præmissis* ununtur. Ex his *terminis* unus dicitur *maius extremum*, 158 quod nempe *exigit prædicari* in *conclusionem*, alter *minus*, quod *exigit subijci*. Quia vero *medius terminus* in una *propositione* debet uniri cum *subjecto conclusionis*, & in alia cum *prædicato*, ideo requiruntur *duæ propositiones*, sc. *M. & m.* ex quibus infertur *tertia nempe conclusio*: sicque hæc tres *propositiones* habent eosdem tres *terminos*, sed sæpius repetitos. 159

CONCLUSIO II. *Forma syllogismi remota* est certa *dispositio extremorum* cum *medio* secundum *subjectionem* & *prædicationem*, ordinata ad *concludendum*; & vocatur *figura*: *Forma proxima* autem est certa *trium propositionum* in *syllogismo* secundum *quantitatem* & *quali-*

qualitatem dispositio ordinata ad concludendum: diciturque *Modus*.

Probatur: Figura & Modus sunt *dispositio* materiae syllogisticae: ergo recte assignantur pro *forma*.

162 CONCLUSIO III. Tres dantur *figurae* syllogisticae (quia tot modis extrema possunt uniri cum medio; nempe *Prædicat & subjicit Medium sibi prima figura; prædicat altera bis; tertia bis subjicit*)

163 *Modi* autem sunt 19. Quia tot modis variari possunt propositiones, iervata eadem terminorum dispositione. Comprehenduntur

164 autem sequentibus versibus: 1. Barbara, celarent, darii, ferio: Baralypton, celantes, dabitis, 165 sapesimo, frifesomorum. 2. Cesare, camestres, 166 festino, baroco. 3. Darapti, felapton, disamis, datisi, bocardo, ferison.

167 *Objicies* 1. cont. 3. concl. Præter tres figuras assignatas datur etiam Galenica, in qua nempe medius terminus *prædicatur* in majori, & in minori *subjicitur*: ergo datur quarta figura (: *essentialiter* distincta n. sola transpositione locali c. :)

168 Ob. 2. Sola transpositio localis *essentialiter* variat *Modos*: ergo etiam *Figuras* (: n. c. Quia ad novam *figuram* requiritur *nova* connexio *medii* cum extremis; quod non fit per solam transpositionem *localem*.) a. p. in cesare & camestres; ergo.


169 Ob. 3. Præter modos enumeratos dantur insuper *barbari* & *celanto*: ergo dantur plures (: *virtualiter inclusi* c. secus n. :) quam novemdecim.

170 Ob. 4. *Darii* etiam continetur in *barbara* (: n. hoc; quia in *darii* nulla proposito universalis præcedit, quæ virtualiter contineat minorem *particularem*;) ergo tantum sunt 18. modi. *Vid. P. Renz d. 3. q. 2. a. 3.* Porro pro majori versuum supra n. 164. positorum captu

171 *Deduces*: Quod singulis vocabulis enumeratorum versuum denotentur singuli *Modi*, quorum primi novem ad primam figuram: proximi quatuor ad secundam: sex ultimi ad tertiam figuram spectant. Deinde, quod vocales dictorum vocabulorum A. E. J. O. designent quantitatem & qualitatem propositionum, juxta il-

173 lud: *asserit A. negat E.* supra n. 117. Demum, quod in quovis vocabulo prima vocalis denotet Majorem syllogismi, secunda minorem, tertia conclusionem. Quodsi reperiantur quatuor aut

174 quinque vocales (ut in *baralypton* & *frifesomorum*) ultimæ nihil significant, sed solummodo additæ sunt ad complendum metrum.



QUÆSTIO III.

DE PRINCIPIIS SYLLOGISMI EXTRINSECIS.

ARTICULUS I.

Quot sint principia syllogismum dirigentia?

PRænotandum 1. Principia *extrinseca* esse duplicis generis: nempe *dirigentia* (quibus intellectus dirigitur in *faciendis* syllogismis; de quibus modo) & *perficientia* (quibus syllogismi *imperfecti* reducuntur ad perfectos; de quibus art. seq.)

PRænot. 2. Nomine principiorum *dirigentium* intelligi *veritates* quasdam per se notas & infallibiles, in quibus fundatur syllogismi consequentia, quæ concessis præmissis negari non potest, quin negetur unum ex illis principijs; suntque in triplici classe. De quibus sit

CONCLUSIO I. Principia *generalissima* sunt quatuor sc. duo logica, *Dictum de omni* ac *Dictum de nullo*: & duo *metaphysica*, vid. *qua sunt eadem uni tertio sunt idem inter se*, ac, *qua distinguuntur in uno tertio, distinguuntur etiam inter se*. Est communissima.

Explicatur: Sensus *primi* est, quod, quidquid dicitur de subiecto *universaliter* spectato, idipsum dicatur de singulis *inferioribus* sub illo contentis. Sensus *secundi* est, quod quidquid negatur de subiecto *universaliter* sumpto, negetur etiam de quovis contento sub illo. Sensus *tertii* est iste: in tantum aliqua in conclusione sunt idem *inter se*, in quantum in præmissis sunt idem cum medio termino. Sensus *quarti* denique est hic: si unum extremum in præmissis identificatur cum *medio* termino, *alterum* ab illo distinguitur, tunc possunt de se invicem negari in conclusione.

CONCLUSIO II. Regulæ *generales*, communes omni syllogismo, sunt sex sequentes:

1. Terminus esto triplex: 2. *Medium* conclusio vitet:
3. Hoc ex præmissis altera distribuat
4. Si præmissa semel fuit *utraque* particularis;
5. *Utraque* sive *negans*; nulla sequela valet.
6. Particulare præit, sequitur conclusio talis: Ponitur ante *negans*; clausula talis erit.

CONCLUSIO III. Regulæ *speciales* pro qualibet figura sunt:

- | | | | |
|-----|---|---|-----|
| Pro | { | 1. Sit Minor affirmans: nec Major sit specialis. | 186 |
| | | 2. Una <i>negans</i> præeat: nec Major sit specialis. | 187 |
| | | 3. Sit Minor affirmans: Conclusio sit specialis. | |

Explicatio & ratio regularum harum jam compendiatæ prostant in nostro *Clar. P. Renz hic q. 3. a. 2. & 3.*

Objicies 1. cont. 2. concl. Iste Syllogismus,

mus, *omnis homo est animal, atqui homo est homo, ergo homo est animal*, est bonus, & tamen *medium* sc. *homo* ingreditur conclusionem (: *ry. d. a.* sub ratione *medii n.* sub ratione *extremi c.* :) ergo secunda regula non tenet.

189 Ob. 2. Hic syllogismus constat meris particularibus & medio nunquam distributo, *aliquis homo est animal, Petrus est homo, ergo Petrus est animal*: atqui hic syllogismus est legitimus (: *vi forma n.* *vi materia c.* :) ergo tertia & quarta regula fallunt.

190 Ob. 3. Quando duo portant aliquod pondus, quorum unus est fortior, alter debilius, effectus sequitur *fortiorem* portantem potius quam debiliorem: ergo quoque conclusio sequitur *fortiorem* potius præmissam quam debiliorem (: *n. c.* Quia *præmissa* sunt causæ per se *subordinate*, eoquod una sine altera nihil de conclusione possit producere: econtra unus ex portantibus potest *quid* portare sine altero :)

191 Ob. 4. cont. 3. concl. Sequens syllogismus, *aliquod animal est leo, nullus leo est lapis, ergo aliquis leo non est lapis*, est syllogismus in prima figura (: *directus n.* *indirectus c.* Regula illæ autem sunt tantum pro syllogismis directis :) & tamen habet M. particularem: ergo secunda regula pro prima figura fallit. Cæteræ objectiones, quas hic usque ad n. 221. dictavi adeo subtiles sunt, ut in compendium reductæ à Tyrone vix intelligi queant. Fufius data videri poterunt in P. Kham à n. 1303.

192

me ad alteram ex præmissis jam concessis (nam una ex præmissis concessis semper est conservanda) & infer contradictoriam præmissæ *omissæ* jam, prius autem concessæ: quod fiet, saltem *indirecte*, si sumas *subjectum* Minoris, & prædicatum Majoris; addito signo logico generali vel particulari, prout *conclusio* modi *perfecti* (ad quem imperfectus per impossibile reducitur) exigit. Ut autem statim scias, ad qualem ex *perfectis* quilibet *imperfectus* reduci debeat, distribue sequentia vocabula supra modos imperfectos ita, ut cuilibet syllaba respondeat: & videbis per *nesciebatis* designari modos primæ figuræ, per *odiebam*, modos secundæ figuræ, & per *letare romanis*, modos figuræ tertiæ. Deinde modum imperfectum, qui denotatur per syllabam in qua est A. reduce ad modum *perfectum*, qui in conclusione habet A. nimirum ad Barbara; & sic de cæteris: sicque totum negotium confectum erit. Porro, ut sciatur, quænam servari debeat, & quænam debeat fieri Major, quænam Minor? sequentes pro quavis figura regulæ notandæ sunt.

Pro fig. { 1. Major fit Minor, & fit contradictio Major: 229
Excipe Celantes, in quo invertitur ordo.
2. Servat Majorem, variatque secundam Minorem.
3. Tertia Majorem variat, servatque Minorem.

Explicationem & exempla suppeditabit P. Renz hic q. 4. a. 1. & 2.

Quæres 1. Quomodo fiat reductio per expositionem? *ry.* Quando ex *medio communi*, fit *singulare*. Vid. cit. P. Renz a. 3.

Quæres 2. Quomodo statim inveniri possit *Medium* probativum? *ry.* Facillime per interrogationem *quare* v. g. Petrus est risibilis? De quo plura P. Renz in Log. d. 5. q. 2. a. 8.

ARTICULUS II.

Quid & quotuplex sit Reductio?

221 **P**rænotandum: Reductionem esse principium perficiens syllogismum, quo syllogismi imperfecti reducuntur ad perfectos. Est duplex, per viam *ostensivam*, & per *impossibile*. De utraque quæritur, quid sit? & quomodo fiat?

222 **CONCLUSIO I.** Reductio per *viam ostensivam* est, in qua per *solam* propositionum *transpositionem*, vel *conversionem* syllogismi *imperfecti* reducuntur ad perfectos. Quod ut recte fiat, attendendum est ad 4. Consonantes S. P. M. C. quæ si in aliquo vocabulo Modi imperfecti reperiuntur, significant, quid circa propositiones agendum sit, ut ad illum Modum ex 4. *perfectis* reducatur, cum cujus *littera initialis* consonat, juxta hos versus:

224 S. vult simpliciter verti: P. vero per accid. M. vult transponi: C. per impossibile duci.

225 **CONCLUSIO II.** Reductio per *impossibile* est syllogismi imperfecti ad perfectum revocatio; in qua ex *contradictorio* consequentis *negati*, & ex una *præmissa concessa*, infertur aliquod impossibile. Quod ut fiat, si tibi in syllogismo imperfecto *concessis præmissis* negetur consequentia, infer ejus *contradictoriam*: hanc deinde assu-

ARTICULUS III.

Quid & quot sint fallaciæ syllogismorum?

Prænotandum 1. Cum boni Dialectici sit, non tantum bonos syllogismos facere, sed etiam male factos (ne decipiatur) dignoscere, ideo Summulas claudi præsentis articulo de fallaciis. Circa quas

Prænot. 2. Fallaciam syllogismi nil aliud esse quam sub specie *veritatis* latentem falsitatem seu sophisma. Potest fieri vel *intra* dictionem seu in verbis, vel *extra* dictionem nempe in ipsis rebus.

CONCLUSIO I. Fallaciæ in dictione sunt sex, quarum tres priores reperiuntur in terminis simplicibus, tres posteriores autem in oratione, sc. *equivocatio*, *diversitas accentus*, *figura dictionis*: *Amphibologia*, fallacia *compositionis*, & fallacia *divisionis*. Ita omnes.

Expli-

- 235 Explicatur: *Aquivocatio* est, quando idem terminus, v. g. *canis*, accipitur modo in hac, modo in alia significatione. Quod si fiat in integra oratione dicitur *amphibologia*. Fallacia *accidentis* est, dum adhibetur vox aliqua, quæ variato accentu sensum variat, ut *lépores* & *lepóres*.
- 237 Fallacia *figuræ dictionis* est transitus à masculino in fœmininum, ut *homo* est *sensitivus*, ergo *Bertha* est sensitivus. Fallacia *compositionis* & *divisionis* est, quando à sensu composito proceditur ad divisum vel vicissim, ut *sedens potest* ambulare, ergo *actuali sessioni* potest conjungere actua-lem ambulationem &c.
- 239 CONCLUSIO II. Fallaciæ extra dictionem sunt septem, nempe fallacia *accidentis*: dicti *secundum quid* ad simpliciter, & econtra: ignorantia *elenchi*: fallacia *consequentis*: fallacia *petitionis principii*: *non-causa* ut causæ: interrogationis *plurium* disparatorum per modum unius. *Iterum omnes*.
- 240 Explicatur: Fallacia *accidentis* est, quando id, quod alicui convenit tantum ratione status *accidentalis*, ei tribuitur quasi conveniret *per se* essentialiter; ut *homo* est species. Fallacia dicti *secundum quid* est, dum à parte transitur ad totum, ut *æthiops* est albus *secundum dentes*, ergo

est albus &c. Ignorantia *elenchi* seu redargutio- nis tunc est, quando *contradictio* inferri *videatur*, quæ tamen reipsa *contradictio* non est, ut *æthiops* est albus *secundum dentes*, & non est albus *secundum cutem*, ergo *est albus & non albus*. Fallacia *consequentis* est, cum ex termino *consequen- te*, id est, *latius* patente, infertur antecedens seu minus late patens, ut *animal est*, ergo *homo est*. Fallacia *petitionis principii* est, dum respondetur id, quod est in quæstione. Fallacia *non causa* ut causæ, quando effectus adscribitur alicui ceu causæ, quæ *per se* non est causa illius; ut *scientia* multis *nocuerunt*; ergo non sunt *addiscenda*. Denique fallacia *interrogationis plurium* per modum unius est, si ad interrogationes *plures* petitur *unica* tantum responsio, ut *lapis & homo* suntne animal? &c. Sed

Quæres: Quomodo his fallaciis sit occurrendum? R. Concessis præmissis posse negari consequentiam: aut terminos fallaces per distinctionem debere elarvari. Jam Summa Summularum finis est,

UT IN OMNIBUS GLORIFICETUR DEUS. S. P. B. in S. R. c. 57.

CURSUS
PHILOSOPHIÆ
ARISTOTELICO-THOMISTICÆ
ABBREVIATI
PARS I.
COMPLECTENS
Tractatus quinque in Logicam Magnam.

Absolutâ Logicâ parvâ, jam transimus ad Logicam Magnam. Obtinuit nomen hoc non tam ob fusioem eorum, quæ in Summulis summarie quasi attingebantur, tractationem, quam ob ingentem, quam sui studiosis affert, utilitatem, necessitatemque: de quibus per decursum, singulariter à n. 390. Porro Logica nomen suum habet à græco vocabulo *logos*, quod latine significat *sermonem* vel internum (quo quasi nobilicum loquimur) vel externum, quo nostrum conceptum aliis manifestamus. Vocatur aliàs etiam *Dialectica*, hoc est ratio apte differendi in qualibet materia: item, *Philosophia rationalis* ad distinctionem à *Philosophia naturali* seu Physica, & *Morali* seu Ethica. Cæterum Logica dividitur in tres Par-

tes præcipuas. Prima continet librum *Categoriarum* seu *Prædicamentorum*: per quæ dirigitur prima mentis operatio. Secunda complectitur libros *Perihermenias*, in quibus agitur de *Enun- tiatione*, per quam dirigitur secunda mentis operatio. Tertia denique comprehendit libros *Priorum & Posteriorum* &c. ubi differitur de argumentatione seu *discursu*; per quem dirigitur tertia mentis operatio. Jam conformiter huic divisioni, jactæque in Logica parva icnographiæ, tota Logica quoque tribus Tractatibus absolvenda foret. Verum quia mos, undequaque commendandus, in scholis jam invaluit, ut Tractatui de Prædicamentis præmittatur Tractatus de *Universalibus*; huic autem Tractatus quidam Prolegomenalis; ideo mori huic laudatissimo

obsequi non morabimur, trino memorato Tractatui superaddituri duos alios. Sicque in priori agemus de *Prolegomenis* Logicae: in altero de *Universalibus*: in subsequenti de *Prædicationibus*: in penultimo de *Enuntiatione*: & demum in ultimo de *Discursu*. Ubi Numeros marginales prioris Tractatus continuabimus (quod ipsum alibi semper observabitur) ut in citationibus omnis confusio amoveatur.

TRACTATUS II. IN PROLEGOMENA LOGICÆ.

DISPUTATIO I. DE NATURA ET QUALITATIBUS LOGICÆ.

Per *Prolegomena* nil aliud intelligimus quam præscienda quædam ad cognitionem habitus addiscendi necessaria. Ab his itaque initium facimus; cum indecens putemus, profiteri Facultatem, cujus natura à Tyronibus ignoretur. Et quia juxta monitum Aristotelis 2. post. c. 1. circa rem bene cognoscendam quatuor sciri debent, nempe *an sit? quid sit? qualis sit? & ad quid sit?* ideo in hac prima Disputatione hæc ipsa inquiremus per Quæstiones quatuor. In prima igitur indagabimus Logicae existentiam & divisionem: in secunda hujus Objectum, à quo cognitio naturæ dependet: in tertia ejusdem qualitates: in quarta tandem illius finem, necessitatem, & concursum cum aliis scientiis. Appendix loco annectemus Disputationem alteram de *Ente rationis*, utpote quod Logicae objectum est, adeoque prævie scitu necessarium; quamquam de se ad Metaphysicam pertineret.

QUÆSTIO I. DE EXISTENTIA ET DIVISIONE LOGICÆ.

ARTICULUS I.

An detur Logica artificialis? Et qualis sit habitus?

248 **P**rænotandum: Logicam generalissime dividi in *Naturalem* (quæ est ipse intellectus, naturaliter sine regulis potens bene discurrere &c. & hanc dari, à nemine negatur) ac *Artificialem*, quæ est habitus intellectui superadditus, eumque per certas regulas dirigens in apprehendendo, judicando, & discurrendo. De hac an adhuc defacto detur? quaritur: & si hoc admittitur, an & qualis sit habitus? à quo inventus? Loco responsionis sit hæc tripartita

249 **CONCLUSIO:** Datur adhuc defacto Logica artificialis: quæ est habitus acquisitus:

& ab Aristotele reinventus. *Est communis Philosophorum ex Doctore Angelico, Divo Thoma Aquinate, Lib. 1. post. lect. 1.*

Prob. 1. pars: Datur defacto effectus Logicae, sc. *modus sciendi*; ut patet in viris doctis: ergo etiam datur Logica, tanquam hujus causa. Deinde: dantur defacto alia scientiæ in statu perfecto; ergo etiam datur Logica; quia hæc ad illas est simpliciter necessaria, ex n. 390.

Prob. 2. pars: Logica non acquiritur nisi labore, ut probat experientia; ergo est habitus acquisitus, non infusus.

Prob. 3. pars: Logica longe ante Aristotelem extitit; quia Adamo fuit infusa: ergo illam Aristoteles tantum reinvenit; cum præcipuum ejus artefactum, sc. syllogismum detexerit.

Objicies 1. cont. 1. part. Logica artificialis non est necessaria: ergo non datur. a. p. Per solam naturalem multi bene definiunt, dividunt & discurrunt (: n. d. a. artificialiter & sine erroris periculo n. naturaliter & cum erroris periculo c. :) ergo.

Instabis: Natura est certior arte (: in rebus necessariis c. in indifferentibus, ut est intellectus ad bene vel male discurrendum, n. :) ergo si per Logicam artificialem sine erroris periculo discurritur, etiam hoc fiet per naturalem.

Ob. 2. Si Logica foret necessaria, tunc vel erit necessaria omnibus hominibus? & sic omnes homines deberent esse Logici. Vel tantum aliquibus? & sic aliis non-logicis aliquid necessarium deesset (: si esset necessaria pro singulis generum c. si tantum pro singulorum generibus n. Sic consul civibus est necessarius, non tamen quilibet debet esse consul:)

Urgebis: Logica non est intra sphaeram naturæ (: formaliter c. virtualiter n. quia nostro studio potest erui :) ergo nulli omnino est necessaria. a. p. Logica artificialis est intra sphaeram artis: ergo non intra sphaeram naturæ.

Ob. 3. cont. 2. part. Adamus Logicam sine labore acquisivit (: modo extraordinario c. ordinario n. :) quia ipsi fuit infusa: ergo non est habitus acquisitus (: actualiter semper c. exigitive n. Sic accidentia Eucharistica manent accidentia, etsi actu non inhæreant:)

Ob. 4. cont. 3. part. Logica non est habitus acquisitus reinventus ab Aristotele; ergo. a. p. Non potuit inveniri per experientiam (: tanquam causam per se c. tanquam causam per accidens n. Sic per frequentem ambulationem possum invenire clavem perditam, quæ per se mihi aperiat cistam: :) ergo. a. p. Experientia est fallibilis (: d. aliter: una vel altera c. satis repetita n. :) Logica autem infallibilis: ergo.

Dices: Plato reinvenit Definitionem, Socrates autem Divisionem, Aristoteles denique solum syllogismum; ergo Aristoteles non debet dici Reinventor Logicae absolute (: n. c. Quia denominatio sumitur à potiore, id est, à præstantiore:)

Quæ-

260 Quæres: Quotuplex sit Logica artificialis?
 R. 1. Ratione *actuum*, quos dirigit, subdividitur in apprehendentem, judicantem, & discurrentem. 2. Ratione *materiae*, in analyticam, topicam & sophysticam. 3. Ratione *muneris*, in docentem & utentem. 4. Ratione *modi*, quo habetur, in actualem, & habituaalem. Jam de divisione secunda & tertia tantum controversia est in scholis. De qua in duobus sequentibus articulis.

ARTICULUS II.

Utrum Analytica, Topica, & Sophistica inter se distinguantur realiter?

261 **P**raenotandum: Hic velut certum supponi, *actus* Analyticae, Topicae & Sophysticae inter se distingui *realiter*; cum *realiter* inter se separari queant. Itaque solummodo quatenus *habitus* sunt, procedit quaestio, &

262 **CONCLUSIO:** Analytica & Topica *realiter* non distinguuntur inter se: nec à Sophystica; sed tantum virtualiter. *Ita verior & communior TT.*

263 Prob. 1. pars: Analytica & Topica habent *eandem* rationem formalem *sub qua*, nempe *eandem* principia & regulas sub eadem abstractione ab omni materia, *sensibili*, intelligibili, & *reali*, uti notum est ex summulis, ubi ipsi a. eadem regulas tradunt pro syllogismo Analytico & Topico: ergo.

264 Prob. 2. pars: Quia ad *eundem* habitum spectat, & *tradere* regulas recte operandi (quod faciunt Analytica ac Topica) & *ostendere defectus*, qui in operando possunt evenire; quod facit *Sophystica*: ergo *haec* ab illis non distinguitur *realiter*; consequenter omnes tres *inter se* distinguuntur *virtualiter* tantum: quia ob *diversa* munera & *actus* intellectui præbent fundamentum unam concipiendi & definiendi sine altera.

265 Objicies 1. cont. 1. part. Analytica & Topica habent *diversas* regulas (: R. d. a. se tenentes ex parte *materiae* c. ex parte *formae* n. :) quia Aristoteles *alias* tradidit in libris Analyticorum, & *alias* in libris Topicorum: ergo & *diversam* rationem *formalem* *sub qua*.

266 Clamas: Habent *diversas* ex parte *formae*; ergo nulla solutio. a. p. Ex illis regulis una est *haec*: *syllogismus demonstrativus debet constare tribus propositionibus necessariis*: atqui *haec* se tenet ex parte *formae*; ergo. m. p. Quia est de *essentia* syllogismi (: *materiale* c. de *essentia* formali n. Nam *forma* syllogismi est *dispositio*; termini autem & propositiones sunt tantum *materia*, ex dictis à n. 209.

267 Ob. 2. Ars *fusoria* & *sculptoria*, licet pro objecto habeant *eandem* *formam* Cæsaris, tamen distinguuntur *realiter*, quia *etiam* habent *diversa* principia & regulas (: concernentes tantum R. P. A. Schnell, Philof. P. I.

ipsam *materiam* n. etiam ipsam *formam* c. Etenim *alia* est difficultas introducendi *formam* *fundendo*, *alia* *sculpendo*: ergo quoque Analytica & Topica *realiter* distinguuntur, quia habent *diversa* principia & regulas (: ex parte *materiae* tantum c. ex parte *formae* simul n. :) c. p. *Difficultas materiae* (: qualiscunque n. *difficultas substantialis* c. *alias duplici* habitu opus esset, dum eadem *forma* introducta in lapidem, introducit in lignum, quia hic est *major* difficultas:) redundat in *formam*: ergo.

Ob. 3. Saepè potest quis conclusionem probare argumentis *probabilibus*, quam tamen *demonstratione* probare non potest (: ex *defectu materiae* & *medii* c. ex *defectu* & *difficultate formae* n. *Forma* enim sc. *modus* & *figura* utrobique est eadem:) ergo est *distincta* difficultas (: *materiale* c. *formale* n. :)

Ob. 4. *Analytica* & *Topica* habent *diversos* fines (: *materialiter* c. *diversos* *formaliter* n. :) ergo. a. p. *Illa* habet modum *sciendi demonstrative*, *haec* autem tantum *opinative*: ergo. Imo habent *diversos* *specie effectus* (: *subordinatos* c. non *subordinatos* n. Quippe utraque *verum* respicit sub *eadem* ratione *formali*, quod licet in *esse rei* sit *multiplex*, in *esse objecti* tamen est *unicum*:) nempe *actum* *demonstrationis* & *opinionis*; ergo *realiter* distinguuntur (: Retorqueo: sol producit *distinctos* *specie* *actus*, uti & *intellectus*; ergo *realiter* distinguuntur à se ipso:)

Ob. 5. cont. 2. part. Saltem *Sophystica* habet *diversas* regulas tendendi in *objectum* (: *subordinatas* c. quia *ordinantur* ad *eundem* finem *intrinsicum*, ad quem *ordinantur* regulæ *Analyticae* & *Topicae*: non *subordinatas* n. :) quia habet regulas *solvendi* syllogismos *Sophysticos*: *analytica* autem & *Topica* faciendi *bonos*; ergo *realiter* distinguuntur.

Repones: *Habitus* generatur ex *actibus*: atqui posset aliquis *actus* mere *sophysticos* elicere (: quoad *materiam* & in *actu exercito* tales c. quoad *formam* & in *actu signato* n. Nam etiam *Sculptor* dum *faciendo* monstrum, studio negligit regulas, attendit ad regulas, plusque laudis meretur, quàm si fecisset aliud *artefactum*:) ergo ex iis generabitur *habitus* mere *Sophysticus*.

ARTICULUS III.

An Logica Docens *realiter* distinguatur ab Utente?

272 **P**raenotandum: Rursum hic potissimam quaestionem esse de *Docente* & *Utente*, quatenus *habitus* sunt. Ubi per *utentem* non intelligimus *alias* *scientias*, quatenus utuntur regulis *logicis*, sed ipsam *Logicam*, quatenus regulas à *Docente* traditas, applicat *materiis* *aliarum* *scientiarum*.

273 **CONCLUSIO:** *Habitus Docentis & Utentis à se invicem non distinguuntur realiter: sed virtualiter duntaxat. Ita TT. ex S. D. 4. Metaph. lect. 4. contra Scotistas.*

274 Prob. 1. pars: *Quia docere præcepta Logicae & uti iisdem non sunt actus diversarum essentialiter difficultatum; ergo. a. p. Illæ difficultates possunt superari per eadem principia; cum Logica utens non habeat alia (secus enim non esset Utens, sed Docens) quàm habeat Docens. Deinde: idem intellectus scit regulas logicas, & illas redigit in usum seu applicat: ergo in usu regularum non est diversa essentialiter difficultas; consequenter Utens non distinguitur realiter à Docente: ergo.*

275 Prob. 2. pars: *Docens & Utens ob diversa munera & actus intellectui præbent fundamentum, unam concipiendi sine altera: ergo distinguuntur virtualiter.*

276 **Objicies 1. cont. 1. part.** *Habitus, qui habent diversos fines & diversum modum tendendi in objectum, realiter distinguuntur: atqui Docens & Utens habent diversos fines, diversumque modum (: R. d. m. cum distincta difficultate n. absque illa c. Nam finis & modus illi sibi invicem subordinantur, habentque eadem principia & regulas:) sc. docere & applicare regulas; ergo.*

277 **Ob. 2.** *In usu regularum est specialis difficultas: ergo. a. p. Multi tyrones sciunt regulas, & tamen difficillime applicant (: ex defectu Logicae Utentis n. ex defectu eloquentiæ, iudicii, vel materiae non satis perspectæ c. hæc difficultas autem est tantum materialis:) ergo.*

278 **Ob. 3.** *Pictoria Utens & Docens realiter distinguuntur: ergo etiam Logica Docens & Utens (: n. c. Quia in Logica potentia executiva regularum non distinguitur realiter à potentia sciente illas regulas: bene vero in Pictoria; adeoque in hac est difficultas distincta, ad quam superandam necessaria est Pictoria Utens:)*

279 **Dices:** *Habitus prudentiæ realiter distinguitur ab habitu dictamina prudentiæ exequenti: ergo etiam habitus dictans regulas syllogizandi distinguitur ab habitu illas exequenti (: n. c. Quia habitus prudentiæ residet in intellectu, habitus autem exequens in voluntate: contrarium evenit in Logica:)*

280 **Ob. 4.** *Docens & Utens respiciunt distincta specie objecta (: materiali & inadæquata c. specie formali & adæquata n. Nam doctrina & usus in esse scibilis conveniunt; cum habeant eadem principia:) nempe Doctrinam & Usus; quæ definitione, adeoque & specie differunt: ergo Docens & Utens specie distinguuntur.*

281 **Ob. 5.** *Ab eodem habitu nequeunt provenire distinctæ specie operationes (: non subordinatæ c. subordinatæ n. Sic ab eodem intellectu actus scientificus & erroneus, ab eodem habitu charitatis procedit amor DEI & proximi:) at-*

qui doctrina & Usus sunt distinctæ specie operationes (: subordinatæ tanquam primarius & secundarius c. secus n. :) ergo.

Inst. *Licet actus voluntatis subordinetur actui intellectus, tamen non sequitur, quod intellectus & voluntas sint eadem potentia: ergo etiam licet Usus subordinetur Doctrina, non tamen sequitur, quod Docens & Utens sint idem habitus (: n. c. Quia actus Docentis & Utentis sunt in eadem linea intellectiva circa idem objectum formale tam quod quam sub qua: non item actus intellectus & voluntatis, dum voluntas pro objecto habet bonum, illud volendo, intellectus verum, id cognoscendo:)*

Ob. 6. *Logica Docens & Utens distinguuntur definitionibus (: adæquatis n. inadæquatis c. Neutra enim exprimit omnia officia, quæ utrique à parte rei conveniunt:) ergo realiter distinguuntur (: Retorqueo: animalitas & rationalitas distinguuntur definitionibus; ergo distinguuntur realiter:)*

Ob. 7. *Quæ sunt realiter separabilia, sunt realiter distincta: atqui Docens & Utens realiter separantur; ergo. m. p. Philosophi inveterati sæpe optime discunt, nec tamen amplius sciunt regulas (: signate t. exercite & habitualiter n. Et si ita non scirent, non haberent Logicam artificialem:) ergo habent Utentem sine Docente.*

Ob. 8. *Logica Utens potest augeri, non aucta docente: ergo realiter distinguuntur; quia secus idem augetur, & non augetur. a. p. Utens augetur per suos actus (: extra materiam Logicae n. intra materiam Logicae c. At nego suppositum: quod tunc non augeatur simul Docens:) ut patet experientia; quia qui sapius utitur regulis logicis, quotidie sentit novam facilitatem (: materialem seu quoad applicationem materiæ c. formalem seu quoad notitiam principiorum & regularum n. :) & tamen non augetur Docens; ergo.*

QUÆSTIO II. DE OBJECTO LOGICÆ. ARTICULUS I.

Quodnam sit objectum materiale Logicae?

Prænotandum: *Objectum dici illud, quod potentia, habitui, vel actui objicitur. Estque duplex, materiale (quod ratione alterius) & formale, quod ratione sui attingitur. Formale subdividitur in objectum formale quod, seu in esse rei, & in objectum formale quo, seu in esse scibilis: diciturque communiter ratio formalis sub qua; quæ in Logica est abstractio ab omni materia reali. De materiali fit*

CONCLUSIO I. *Voces non sunt objectum materiale Logicae. Est contra Nominales.*

Probab-

Probatur: Sine vocibus potest haberi objectum *adequatum* Logicae: uti si faciam syllogismum *mentalem*: vel muto Logica infundatur; ergo. Imo sequeretur, quod etiam *scriptura* aut *mutus* essent objectum Logicae; quia *hi* etiam manifestant artificium logicum internum: ergo.

289 CONCLUSIO II. Neque *intellectus* humanus. *Est contra quosdam RR.*

Probatur: *Intellectus* non est *pars intrinseca* operis logici, sed solummodo principium *effectivum*: atqui nullus habitus pro objecto habet suum artificem seu principium effectivum; ergo.

290 CONCLUSIO III. Nec *actus* intellectus seu operationes formales. *Ita TT. contra TT.*

Probatur: Nullus habitus pro objecto habet *actus*, quibus tendit in suum objectum: sic ars pictoria pro objecto materiali non habet *actus*, quibus pingit, sed potius ipsos *colores*; in quos mediantibus actibus pingitivis introducit artificiosam dispositionem: ergo pariter &c.

291 Respondent aa. Logicam esse *scientiam rationis*, & ordinari ad dirigendas mentis operationes: consequenter *has* esse objectum Logicae.

Contra est: Etiam *alii* habitus dantur ad dirigendos *suos* actus, saltem *ut quo*; & tamen non sunt objectum materiale: ergo nec *actus rationis*, quia à Logica etiam tantum *ut quo* diriguntur. Accedit: juxta S. D. 1. *poster. lect. 1. Logica versatur circa actus rationis, sicut ars fabrilis circa actiones manus*: atqui *actiones manus* non sunt objectum artis fabrilis; ergo.

292 CONCLUSIO IV. Objectum Materiale Logicae sunt operationes mentis *objectivae* seu *res cognitae*. *Ita communior TT. ex S. D. 4. Metaph. lect. 4.*

Probatur: Objectum formale Logicae (sc. ratio praedicati, subjecti &c.) immediate introducit in operationes mentis *objectivas* seu *res cognitae*: cum haec denominentur *subjectum*, *praedicatum*, *genus* &c. *realiter* quidem & fundamentaliter, *extrinsece*; *intentionaliter* tamen & formaliter, *intrinsece*. *Actus* enim, quo *praedico*, *subjicio*, non potest dici praedicatum, subjectum &c. quemadmodum *actus*, quo *video*, non potest dici *visum*, sed tantum videns. Multo minus potest *constituere* artificium logicum *intrinsece* formaliter; quia respectu ejusdem se solummodo habet efficienter: ergo.

293 Objicies 1. cont. 1. concl. Logica agit de *vocibus* (: R. d. a. per se n. per *accidens* c. Nam finis Logicae non est bene *loqui*, sed bene *scire* :) Imo habet nomen à voce seu *sermone* (: externo n. *interno* c. hic enim est prior & potior :) Praeterea: Voces sunt ignoti manifestativae (: denominative, & ut sunt *signa* modi sciendi c. sunt *ipse* modus sciendi n. :) Denique: Ethica pro objecto habet actus externos; ergo & Logica

voces externas (: n. c. Quia Logica, cum sit speculativa, in solo actu interno, tanquam sine intrinseco, quiescit:)

Ob. 2. cont. 2. concl. *Intellectus* est *finis* 294 Logicae *intrinsecus* (: remotus c. *proximus* n. Nam *hic* est modus sciendi objectivus :) ergo. a. p. In intellectu recte cognoscente quiescit: ergo.

Inst. Logica dirigit intellectum (: *remote*, 295 & tanquam causam *effectivam* operis Logici c. proxime, & tanquam partem *intrinsecam* n. :) ergo est ejus objectum materiale (: n. c. Aliàs intellectus architecti esset objectum architectonicae :) Maxime: quia illum perficit (: tanquam causam *effectivam* c. secus n. :) ergo.

Ob. 3. cont. 3. concl. Juxta S. D. 1. *poster. lect. 1.* Logica versatur circa operationes mentis *formales* tanquam circa *propriam* materiam (: *dirigibilem* per modum viae & *causae* effectivae c. tanquam circa *propriam* materiam *cognoscibilem* per modum *termini* n. Deinde, huic textui oppono nostrum supra n. 291. :) ergo.

Ob. 4. Objectum formale Logicae *immediate* 297 introducit in *operationes* mentis *formales*: ergo sunt objectum materiale. a. p. *Res cognita* non dicitur *praedicatum*, subjectum, nisi mediante cognitione praedicativa: ergo *ratio praedicati* immediatius introducit in *operationes* mentis *formales* (: tanquam in *partem* operis artificiosi *intrinsecam* & *receptivam* n. tanquam in causam extrinsecam & *effectivam* c. Sic etiam forma Caesaris non introducit in *colores*, nisi mediantibus *actibus pingitivis*, & tamen *hi* non sunt objectum materiale Pictoriae:)

Ob. 5. Operationes mentis *formales* 298 proxime diriguntur à Logica (: tanquam *pars* operis logici *intrinseca* & *receptiva* n. tanquam *causa* tantum effectiva & *extrinseca* c. :) quia *his* praescribuntur regulae; ergo.

Urg. Actus *voluntatis* sunt objectum mate- 299 riale proximum Ethicae (: t. quia plures negant :) etsi ab ea dirigantur tantum in genere *causae efficientis* seu tanquam principium effectivum *moralitatis*: ergo etiam *actus* intellectus sunt objectum Logicae, etsi dirigantur praecise in genere *causae efficientis* (: n. c. Eoquod actus voluntatis *simul* recipiant *moralitatem*; cum dicantur intrinsece *honesti*; econtra actus *intellectus* non recipiunt formale Logicae; quia non possunt dici praedicatum, subjectum &c. etiam *repraesentative* duntaxat: sicut actus pingens aut videns non potest dici imago, aut Coloratum, quia solummodo sunt *repraesentans ut quo* & *effective* :)

Ob. 6. Ars speculativa non habet 300 pro objecto *res repraesentatas*, sed ipsum *speculum repraesentans*: ergo etiam Logica pro suo objecto non habet *res bene cognitae*, sed cognitionem recte *repraesentantem* (: n. c. Quia *cognitio* recte cognoscens est *principium effectivum* duntaxat

respectu Logicae, non verò *opus artificiosum*; uti est speculum respectu artis speculo-factivae: sicut ergo ars speculo-factiva pro objecto materiali non habet *actus*, quibus facit speculum, sic nec Logica *actus*, quibus facit modum sciendi:)

301 Ob. 7. cont. 4. concl. Logica per suum objectum formale non rectificat *res cognitae*; ergo. a. p. *Hæc* jam sunt rectæ (: rectitudine naturali c. logica n. Sic *gemma* naturaliter recta, arte adhuc perfici potest:) ergo. a. p. Ab intellectu perfecto, Angelico v. g. cognoscuntur ut rectæ: ergo.

302 Ob. 8. Res ut *cognita* sunt objectum materiale Logicae (: t. quia id *res cognitae*, non, ut *cognitae*, diximus:) ergo *cognitio*, seu operatio mentis formalis, adhuc erit objectum materiale. c. p. Particula *ut* non cadit supra subjectum, sed supra *formam* (: ita ut *hæc* exerceat rationem formæ respectu *cujuscunque* n. ita ut respectu *sui* subjecti sit quidem forma, respectu *alterius* sit tantum conditio *sine qua* non c. Sic, si dicam, ignis ut *approximatus* urit, ly ut respectu ignis est forma, respectu *ustionis* est conditio *sine qua* non:) atqui hæc forma in *rebus cognitis* est cognitio; ergo.

303 Ob. Ult. *Voces, intellectus*, & operationes formales quoque sunt *res*: ergo si *res omnes* sunt objectum materiale Logicae, etiam enumerata (: si sumantur *formaliter* & directe n. si sumantur tantum *materialiter* & reflexe c.:) erunt objectum materiale Logicae. c. p. Sunt quoque *res*; ergo.

ARTICULUS II.

Quodnam sit Objectum formale Logicae?

304 **P**Rænotandum: Hic non agi de objecto formali *quo*, sed *quod*: quod omnes dicunt esse quamdam *rectitudinem*. Quæ duplex est, *activa* (quæ reperitur ex parte *regularum* dirigentium) & *passiva*, quæ est in ipso actu, 305 vel objecto, recte *regulato*. Rectitudinem *activam* non esse objectum Logicae, facile conceditur: quia nullus habitus pro objecto formali habet proprias *regulas* & earum directionem *activam*. De rectitudine *passiva* lis est, quæ rursus subdividitur in *formalem* (quæ reperitur in operationibus mentis formalibus) & *objectivam*, quæ in ipsis *rebus cognitis* invenitur.

306 **CONCLUSIO I.** Objectum formale Logicae est *rectitudo passiva* objectiva. Ita *communis T.T. ex S. D. 4. Met. lect. 4.*

307 **Prob. 1.** Rectitudo *vocum, directio* intellectus, aut rectitudo *formalis*, non possunt esse *objectum formale*; cum *voces, intellectus*, & operationes formales, objectum materiale non sint: ergo est rectitudo *rerum cognitarum*, seu *objectiva*.

308 **Prob. 2.** Rectitudo *passiva objectiva* à Logica *per se respicitur* (cum ad *hanc* tanquam ad *fi-*

nem *intrinsicum* omnes ejus *regulae* tendant; eoque non tendant ad *rectitudinem formalem*, ut constat ex n. 290.) Et tollit *indifferentiam* objecti materialis logici: quia omnes *res* determinat ad Logicae; siquidemque *artificiose recta* à sola Logica considerentur; ergo.

CONCLUSIO II. Objectum formale Logicae, mox assignatum est, *Ens rationis*. *Iterum 309 communis T.T. ex S. D. l. c.* ubi dicit: *ens rationis est proprie objectum Logicae.*

Probatur: Rectitudo *passiva* consistit in *secundis* intentionibus *objectivis*: atqui *hæc* sunt entia rationis, ut dicitur infra à n. 460. ergo.

Objicies 1. cont. 1. concl. Objectum formale Logicae est *rectitudo Modi* sciendi (: *R. d. M. formalis* n. modi sciendi *objectivi* c.) atqui *modus sciendi* est *actus intellectus*; ergo. 310

Urg. Actus intellectus non possunt dirigi *rectitudine objectiva*; ergo. a. p. *Hæc* primum sequitur *actus intellectus* jam dispositos & *rectos* (: *rectitudine solum naturali* c. *rectitudine etiam artificiali* n. Quippe *sic* primum sunt *recti*, dum in *objecta*, juxta *regulas Logicae* per *secundas* intentiones ordinata, feruntur; in quæ dum feruntur, ipsi quoque redduntur *logice recti*;) 311

Ob. 2. cont. 2. concl. Illa *rectitudo* non est *ens rationis*: ergo. a. p. *Intentiones secundae* *objectivae* generis, *speciei* &c. in quibus illa *rectitudo* consistit, tantum sunt *actus intellectus* representantes *naturam communem* &c. (: si *genus, species*, sumantur *materialiter* & *fundamentaliter* c. si sumantur *formaliter* n.:) & *natura*, extrinsece denominata; ergo. 313

Ob. 3. Objectum formale Logicae specificat *Logicae* (: *extrinsece* c. *intrinsicè* n. *intrinsicè* enim specificatur ab ordine *transcendentali*, quem dicit ad suum objectum:) adeoque dat ipsi *differentiam realem*: ergo non potest esse *ens rationis*. 314

Insistes: *Ordo realis*, qualis est *ordo Logicae*, requirit *terminum realem* (: *ordo predicamentalis* c. *transcendentalis*, ut est *ordo Logicae* n.:) atqui *ordo Logicae* non habet *terminum realem*; ergo. 315

Ob. 4. inst. *Ordo Logicae* est *predicamentalis*: ergo requirit *terminum realiter existentem*. a. p. *Ordo ille* est *relatio scientiae ad scibile*: atqui *hæc* est *predicamentalis* (: si *terminus* fuerit *realis* & *existens* c. si *terminus* sit tantum *rationis* & non *existens* n.:) quia est *mensurabilis* ad *mensuram*; ergo. 316

Inst. *Alia scientiae* referuntur ad suum objectum relatione non tantum *transcendentali*, sed etiam *predicamentali* (: per se & *primario* n. per *accidens* & tantum *secundario* c.:) ergo etiam *Logica* (: n. c. Quia non habet *realem* *terminum actu existentem*. Quod vero *scientiae*, uti & *signum*, per se & *primario* non dicant *relationem predicamentalem*, ex eo colligitur, quod sint & ponantur in *linea entis absoluti*, non *relativi*;) 317

Infers:

318 Infers: Ergo Logica specificat seipsam (: physice n. metaphysice c. :) atqui nihil potest specificare seipsum (: physice c. metaphysice n. Sic rationale specificat hominem, à quo non distinguitur :) ergo.

319 Ob. 5. Artificiose rectitudo causat effectum realem sc. scientiam (: per modum causae effectivae n. per modum causae directivae & conditionis sine qua non c. Nam, si actus intellectus, qui effectivae causant scientiam, non essent debite dispositi; nunquam gignerent scientiam: an autem sint ita dispositi, certificat nos ens rationis, sicut umbra in horologio facit certitudinem horae :) ergo est ens reale; aliàs causa esset imperfectior suo effectu.

320 Ob. 6. Illa rectitudo non potest esse relatio rationis: ergo nec ens rationis. a. p. Relatio rationis non potest dicere perfectionem (: stricte talem & primo intentionalem c. late talem & secundo intentionalem n. :) quam tamen dicit ens rationis; quia res cognita perficit (: realiter n. intentionaliter c. :)

321 Replicas: Relatio rationis non dicit perfectionem secundum conceptum ad, neque secundum conceptum in: ergo omnino nullam dicit. a. p. Relatio realis secundum neutrum conceptum dicit perfectionem ullam, ergo pariter relatio rationis (: n. c. quia relationes rationis ab intellectu habent rationem formae logicae; formae autem est perficere :) videatur Pars I. Theologiae nostrae à n. 754.

322 Ob. 7. Artificiose rectitudo statua non consistit in relatione reali: ergo nec rectitudo Logica in relatione rationis (: n. c. Quia rectitudo statuae est in genere absoluto; nec dicit relationem, nisi secundum dici: econtra rectitudo Logica dicit relationem secundum esse, saltem per rationem; consequenter ut intelligatur qua talis, debet concipi relatio rationis: quae eoipso, quod forma realis non sit, non necessario dicit perfectionem primo-intentionalem; potest tamen dicere perfectionem secundo intentionalem; adeoque simul esse forma, & relatio. Econverso relatio statuae, utpote formae realis, deberet dicere perfectionem stricte talem, & primo-intentionalem, quod nullus TT. admittit:)

323 Ob. 8. Objectum formale Logicae realiter distinguitur à materiali (: distinctione mutua n. non-mutua, ut lux & tenebrae c. :) ergo debet esse aliquid reale. c. p. Distinctio sequitur extrema: ergo. Rursum: Ethica dirigit actus voluntatis, quin producat ens voluntatis: ergo etiam Logica diriget actus intellectus, quin producat ens rationis (: n. c. Quia voluntas non potest facere ens voluntatis, ut dicitur n. 468. bene vero intellectus ens rationis, ex n. 469. :) Deinde: esse volitum, esse visum, est tantum denominatio extrinseca; ergo etiam res esse cogni-

tas (: n. c. Etenim cognitio non est mere speculativa, ut sunt Volitio, visio, sed est quasi-practica, & efficiens ordinem rebus intrinsicum:)

Ob. Ult. Si ens rationis est objectum formale Logicae, tunc haec erit ens rationis. S. p. 324 Talis est habitus (: entitative & in esse entis n. alias Mathesis esset quantitas: objective & in esse scibilis seu scientiae c. Nam ideo Logica dicitur scientia rationis; licet subjective realis sit :) quale est ejus objectum: ergo si ens rationis est objectum Logicae, haec erit ens rationis. Insuper: Ens rationis est quid pure fictitium; quia illud faciendo, concipio aliquid, quod non est in rebus (: formaliter c. fundamentaliter n. :) Imo erro; quia concipio rem aliter, ac sit in se (: ex parte rei intellectae n. ex parte modi cognoscendi, affingendo ipsi ordinem actualem, quem tantummodo habet fundamentaliter, c. :) ergo non potest esse objectum Logicae. Vid. n. 481. 574.

ARTICULUS III.

Quodnam sit objectum attributionis Logicae adaequatum?

Prænotandum: Objectum attributionis esse, 325 quod coalescit ex materiali & formali. Dividitur in adaequatum (quod omnia sub se comprehendit) & in inadaequatum, quod tantummodo partem continet. Quod si illa pars sit præstantissima, dicitur objectum principalitatis; quod in Logica est syllogismus demonstrativus: Si insuper possit de omnibus, in tali habitu per se contentis, in recto prædicari, nominatur objectum communitatis seu prædicationis; quod in Logica est ens rationis.

CONCLUSIO I. Objectum attributionis 326 Logicae adaequatum non est modus sciendi formalis: nec sola Demonstratio: nec syllogismus in communi. Ita TT. potiores.

Prob. 1. pars: Quia modus sciendi formalis 327 per se & ratione sui non attingitur; cum non sit modus sciendi simpliciter, sed tantum causaliter & representative: ergo. Deinde: operationes mentis formales non sunt objectum materiale Logicae; ergo modus sciendi formalis non potest esse objectum attributionis.

Prob. 2. pars: Sola Demonstratio non est 328 totus finis Logicae, quae etiam dirigit in syllogismo probabilis: ergo sola non est objectum attributionis adaequatum.

Prob. 3. pars: Syllogismus in communi 329 non adaequat finem Logicae; cum non manifestet omnem veritatem, puta, essentiam & partes, sed solummodo proprietates: ergo quoque non est objectum adaequatum.

CONCLUSIO II. Objectum adaequatum 330 Logicae est modus sciendi objectivus. Ita iterum communior TT.

Probatur: Modus sciendi objectivus est

- unum quid, unâque definitione describi potest: præterea, est *finis intrinsecus* proximus: ad quem omnia, in Logica per se contenta, referuntur, vel tanquam *partes* (ut termini, propositiones &c.) vel tanquam *proprietates* (ut suppositio, æquipollentia, conversio) vel tanquam *principia*, ut operationes mentis &c. &c. ergo.
- 331 Objicies 1. cont. 1. concl. Objectum attributionis Logicæ adæquatum est *modus sciendi formalis*; ergo. a. p. Quia per se attingitur; nam definitio, divisio, & syllogismus, important *actum* intellectus (: R. d. *causaliter* & repræsentative c. *formaliter*, & per modum ultimato intenti n. :) atqui definitio, divisio &c. per se attinguntur; ergo.
- 332 Ob. 2. *Demonstratio* est objectum adæquatum &c. ergo. a. p. Logica *omnia* ordinat ad *demonstrationem*, & illâ obtentâ quiescit (: tanquam in fine *adequato* n. *inadequato* c. Logica enim etiam dirigit in definitione, divisione, & syllogismo probabili :) ergo.
- 333 Ob. 3. *Illud* objectum est syllogismus in communi: ergo. a. p. Solus syllogismus est *modus sciendi* (: *adequatus* n. est *modus sciendi inadequatus* c. Quippe *definitio* & *divisio* etiam manifestant *verum* :) ergo. a. p. Hic solus est *cognitio rei per causam*; ergo. Deinde: *solus syllogismus* juvat intellectum in omnibus tribus operationibus (: per *accidens*, quia nempe exercentur *simul* c. *per se*, & si exercentur *seorsim*, n. :) ergo. Maxime: quia solus syllogismus est *modus sciendi* (: *discursivus* c. non-*discursivus* n. :) ergo.
- 334 Ob. 4. cont. 2. concl. *Definitio* per se non *intenditur* à Logica: ergo non spectat ad objectum attributionis. a. p. Est tantum *pars demonstrationis* (: *essentialiter* talis n. per *accidens* c. *Definitio* enim, utpote *manifestativa essentia*, habet esse *per se* & appetibile :) ergo.
- 335 Ob. 5. *Modus sciendi in communi* non gignit scientiam (: *immediate* c. *mediate*, per suas species inferiores n. :) ergo non est objectum attributionis. a. p. Omnis scientia gignitur per modum sciendi particularem: sicut quodlibet animal gignitur per aliquod animal in particulari; ergo.
- supponit. Neque *ars* in rigore; quia non molitur *opus ad extra*, materiam externam immutando. Dubium est, num sit scientia?
- CONCLUSIO: Logica est scientia classica 337 & proprie dicta. Ita Aristot. 1. poster. c. 1. & S. Th. 4. Metaph. lect. 4. Item 2. 2. q. 51. a. 2. ad 3. ubi Dialecticam numerat inter *scientias demonstrativas & speculativas*: quæ utique sunt scientiæ strictè dictæ.
- Prob. 1. Logica facit *demonstrationes*, dum 338 suas conclusiones reducit in principia indemonstrabilia &c. ergo est scientia: quia ubi est *effectus*, ibi quoque debet dari *causa*. Deinde: Logica habet *cognitiones* certas & evidentes rei necessariæ, per causam necessariam (cum procedat ex modis sciendi) adeoque *scientificas*: ergo & ipsa est scientia.
- Probatur 2. Logica procedit *modo scientifici* 339 co: quia demonstrat *passiones de suo objecto*: sc. de *definitione*, quod sit clarior suo definito: de *divisione*, quod tollat confusionem: de *syllogismo*, quod generet scientiam: & hoc ex fine *primario*; eo ipso quod sit simpliciter *speculativa*; ergo.
- Prob. 3. Si Logica non esset scientia *proprie dicta* & perfecta, tunc nesciret, suam formam *demonstrativam* esse *infallibilem*: Et sic *nulla* daretur *scientia perfecta*; siquidem formam *demonstrativam* omnes aliæ scientiæ à Logica emuissent: ergo.
- Objicies 1. Objectum Logicæ, nempe *Ens* 341 rationis, non est *necessarium* (: R. d. quoad *essentiam* n. quia habet prædicata in ipsa natura fundata: quoad *existentiam* c. :) ergo. a. p. Dependet à nostro intellectu *contingenter* operante; ergo.
- Insistes: Intellectus enti rationis dat *essen-* 342 *tiam*; ergo. a. p. Dat ipsi *esse objectivum*: ergo ipsi dat *essentiam* (: *actualement* & *exercitam* c. *aptitudinalem* & *signatam* n. Ad scientiam enim non requiritur objectum necessarium quoad *essentiam exercitam*; alioquin sola *Theologia* esset scientia. :)
- Infers: Ergo *essentia* entis rationis erit *ens* 343 *reale* (: si exigeret *existentiam realem*, ut aliæ essentia c. si tantum *objectivam* in intellectu n. Sic etiam *cacitas*, *tenebra* &c. habent sua prædicata essentialia, non tamen sunt entia realia :) a. p. *Alia* essentia *signata* sunt entia realia; quia sunt independentes ab intellectu (: n. hoc; sed ideo, quia *exigunt existentiam realem* :) ergo etiam essentia entis rationis, si est independentes ab intellectu. Vid. *Metaphys.* nost. n. 526.
- Ob. 2. urg. *Essentia* entis rationis *signata*, 344 est exigentia habendi *certa* prædicata *essentialia*; atqui hæc exigentia non est simpliciter necessaria; ergo. m. p. Dependet à *directione* & *applicatione regularum* (: *fundatarum in natura*, principiisque lumine naturæ notis, c. *fundatarum præcisè* in libera *excogitatione* humana, in qua

QUÆSTIO III. DE QUALITATIBUS LOGICÆ. ARTICULUS I.

Num Logica sit scientia classica & proprie dicta?

- 336 P Rænotandum: Logicam, esse habitum *intellectualem*; quia *disponit intellectum ad optimum*, seu cognitionem veri. Interim non est *prudencia*; quia non respicit *bonitatem* aut *malitiam actuum voluntatis*. Nec etiam *intellectus*; quia assensum primorum *principiorum*

345 *qua* fundantur regulæ aliarum artium, n. Vel aliter: Regularum, *dantium* & attingentium essentiam *signatam* n. essentiam tantum *exercitam* c. Hoc autem non obest; alias nec objectum *Medicina* erit necessarium, quia *ejusdem* objecti essentia *exercita* quoque dependet à directione regularum:) ut notum est ex summulis; ergo.

346 Dices: Prædicata *essentialia* entis rationis possunt mutari (: quoad *substantiam* n. quoad *accidentia*, secundum figuram nempe & modum c. :) Imo, & *male fieri*: ergo non est simpliciter necessaria (: n. c. Quia etiam *effectus naturalis* potest male fieri, ut patet in monstris, & tamen ejus essentia *signata* est simpliciter necessaria :)

347 Ob. 3. Ex his sequitur, quod etiam *artes* sint scientiæ; ergo. S. p. Etiam objecta artium *exigunt* quædam prædicata *essentialia* (: ex principiis solum extrinsecis & *conditionate* necessariis c. intrinsece & *absolute* necessariis, ut exigit objectum Logicæ n. :) ergo *artes* quoque erunt scientiæ. Præcipue: quia artifices sæpe *reddunt* rationem sui operis (: ut *artifices* n. nam ut tales solum curant *modum*, quo debeat fieri: ut *superiori* fortè aliqua scientia instructi c. :) ergo.

348 Repones: Etiam *objectum* Logicæ exigit sua prædicata ex principiis duntaxat *extrinsecis*; ergo. a. p. Definitio, divisio, & syllogismus quoque ab *hominibus* sunt *inventa* (: ita ut inventio iis dederit *essentiam* n. ita ut *illam* tantum manifestaret, instar thesauri c. :) ergo &c.

349 Replicas: Objectum *artis* est ens *reale*: ergo si ens *rationis* habet sufficientem *necessitatem* ad objectum *scientiæ*, multo magis *hanc* habebit objectum *artis* (: n. c. Quia ista necessitas non sequitur *naturam* entis, sed necessariam *connexionem* prædicatorum essentialium, *quæ* constituit lineam *scibilis*, quæque invenitur in objecto Logicæ, non item in objecto *artis* :)

350 Ob. 4. Et si objectum Logicæ esset necessarium, non tamen versatur circa illud, *quatenus* est necessarium: ergo non est scientia. a. p. Versatur circa illud modo *directivo* (: fundato in *natura* c. in libera *excogitatione* humana n. :) & quatenus *factibile* est juxta regulas (: contingentes essentiam *signatam* n. solummodo *exercitam* c. hoc autem non nocet :) ergo.

351 Oppones: Logica non habet objectum *simpliciter* scibile; ergo. a. p. Non est *simpliciter* ens: ergo non est simpliciter scibile. c. p. *Scibilitas* sequitur rationem entis (: *predicamentalis* n. entis *predicabilis* c. Sic *quantitas* est ens *simpliciter* scibile; & tamen non est ens simpliciter, quia est *accidens* duntaxat: Scibilitas enim desumitur ab objecto, non in linea entis & materialiter spectato, sed formaliter & in *esse* scibilis, quatenus habet *proprietates* demonstrabiles, *quæ* enti rationis non desunt :) ergo.

352 Reperes: Ens rationis non est *simpliciter*

verum (: veritate *formali*, quæ consistit in conformitate actus cum objecto, & fundatur in connexionione essentia cum suis proprietatibus n. veritate *transcendentali* c. :) ergo. a. p. *Ens* & *verum* convertuntur: atqui ens rationis non est simpliciter *ens*; ergo nec simpliciter *verum*.

Ob. 5. De ente rationis non possunt demonstrari *passiones*: ergo non est objectum scientiæ. a. p. Illæ *passiones* deberent esse ens rationis; alias essent perfectiores ipsa essentia: atqui non possunt esse ens rationis; ergo. m. p. *Proprietas* debet distinguì à *subjecto*, & esse *minoris* entitatis (: *proprietas rei* c. *proprietates* demonstrabiles tantum n. Sic *unum*, *verum*, sunt *proprietates* entis *realis*, quin ab eo distinguuntur :) atqui unum ens rationis non distinguitur ab alio, nec potest esse *minoris* entitatis; ergo.

Ob. 6. urg. *Proprietates* demonstrabiles entis rationis non possunt assignari (: n. hoc; nam hæ sunt, esse *ostensivum* veritatis, & esse *directivum* intellectus: & hæ conveniunt secundæ intentioni *ut sic*: *diversus* autem modus dirigendi per modum *generis*, *speciei* &c. est *passio* conveniens secundæ intentioni in *specie* & *particulari* :) ergo nullas habet.

Clamas: *Ostensivum* veritatis (: *radicale*, quatenus nempe ens rationis est *idea* & signum *rectitudinis* c. *formale* & *proximum*, quatenus nempe dirigit *hoc* vel illo *modo* n. :) est *essentia* entis rationis; ergo non est ejus *passio*. c. p. *Essentia* & *proprietas* debent distinguì (: semper *realiter* n. *virtualiter* c. Sic *unum*, *verum*, non distinguitur ab ente reali :) *Vid. P. Hueber à n. 93.*

Ob. 7. Juxta Aristotelem 2. *Met. text. 15.* absurdum est simul quærere, *modum* sciendi & *scientiam* (: *distinctam* à modo sciendi c. *indistinctam* n. :) atqui si Logica est *scientia*, hoc fieret; ergo. Præterea: Logica est instrumentum scientiarum (: *causale* c. *formale* n. :) ergo non est scientia. c. p. Instrumentum non est ejusdem dignitatis cum habitu (: si sit instrumentum *formale* c. si *causale* n. Sic *ars navifactiva* est *instrumentum* *artis nauticæ*, & simul ipsa *ars* :) ergo.

Ob. 8. Logica non est scientia, *qua docens*; quia sic tantum est præceptiva (: modo *discursivo* & *demonstrativo* infallibilitatis suarum regularum c. *secus* n. :) Nec *qua utens*; quia sic versatur tantum circa *particularia* (: per *medium* *particulare* n. *universale* c. Nam *actuale exercitium* demonstrandi ad Utentem pertinet :) ergo non est scientia. c. p. Scientiæ sunt de universalibus (: *primario* c. *secundario* n. :) ergo.

Ob. Ult. Saltem *Topica*, & *Sophystica* non est scientia: ergo Logica non est scientia adæquate. a. p. *Topica* versatur tantummodo circa materiam *probabilem* (: modo solum *probabili* n. *secus* c. :) & *Sophystica* circa *falsam* (: modo

do falso n. modo infallibili, demonstrativo, & evidenti c. :) ergo

359 **Infurges:** Denominatio desumitur à *potiori* (: id est à *numerofiori* n. secus nulla daretur scientia: id est, à *prastantiori* c. :) atqui *opiniones* in Logica sunt potiores; ergo.

360 **Ovgannies:** *Conclusio*, quæ deducitur ex una præmissa *evidenti* & altera *probabili*, est tantum *probabilis*: ergo etiam *habitus*, qui deducitur ex pluribus opinionibus, erit tantum *opinativus* (: n. c. Quoniam *conclusio* sequitur partem *debiliorem*: scientia autem *modum* demonstrandi; qui *quoad formam* etiam reperitur in actibus *probabilibus* :)

ARTICULUS II.

An Logica sit scientia speculativa?

361 **Prænotandum:** Denominationem *practici* & *speculativi* à fine intrinseco delumendam esse, juxta illud Philosophi 2. *Met.* t. 3. *Finis speculativa veritas; finis practica opus*: Et quidem *opus alterius* potentia ab intellectu; nam teste S. D. 1. 2. q. 57. a. 1. etiam *habitus SPECULATIVUS* habet ordinem ad INTERIUS OPUS intellectus, quod est *speculari verum*. Adeoque *praxis* est *actus alterius* potentia ab intellectu *distincta*, *natus elici conformiter rectæ rationi*. Intellectus enim *speculativus per extensionem fit practicus*, ut ait S. D. 1. q. 79. a. 11. Quodsi *habitus* tendat ad opus, immutando materiam *externam*, dicitur *factivus*; secus, *activus*.

362 **CONCLUSIO:** Logica est *habitus simpliciter speculativus*. Ita T. T. genuini ex S. D. 1. 2. q. 57. a. 3. ad 3. & c.

363 **Prob. 1.** Quia *finis intrinsecus* & *principaliter intentus* Logicae est *sola cognitio veritatis*; sc. *qua docentis* tradere & *considerare modum sciendi*; & *qua mentis* per applicationem regularum operationes mentis dirigere ad *verum actualiter eruendum*, quod est *finis* ejus *intrinsecus proximus*, ex n. 380. ergo. Et licet *conficiat opus*, syllogismum &c. fit tamen tantummodo *intra intellectum*; & ipsam *confectionem* ordinat ad *contemplationem*, factam *definitionem* *speculando* *considerans*, quomodo *explicet essentiam definiti* &c. ergo est *simpliciter speculativa*; quemadmodum etiam *Mathematica talis* est, etsi *conficiat triangulos, astrolabia* &c.

364 **Prob. 2.** *Principia* Logicae (nempe *dictum de omni*, & *aliae regulæ*) *objectum*, *modus procedendi*, & *finis* sunt *speculativi*; ergo & Logica. a. p. *Principia* sunt *speculativa*, quia solum *ordinantur ad cognitionem veri*: ergo etiam *objectum* est *speculativum*; quia *qualitas* *objecti* desumitur à *qualitate principiorum*: consequenter etiam *modus procedendi* & *finis* est *speculativus*; cum sequantur *naturam objecti*; ergo. Deinde: *scientia practica versatur circa ea, quorum principium est electio*, seu *actus voluntatis*, ut ha-

bet Aristoteles 6. *Eth.* c. 19. atqui *actus voluntatis* in Logica se habet tantum *applicativo*, non *specificativo*, ex n. 372. ergo.

Objicies 1. S. D. in op. 70. q. 5. a. 1. ad 2. 365 ait: *Logica non continetur sub Philosophia speculativa* (: n. d. a. tanquam *pars principalis*, quæ non *ordinetur ad aliam scientiam*, ut est *Metaphysica*, c. tanquam *pars ministerialis*, quæ saltem *secundario* *ordinetur ulterius*, n. :) *tanquam pars principalis*: ergo.

Ob. 2. Logica non *quiescit in sola veritatis* 366 *cognitione*: ergo. a. p. *Ordinatur ad opus* (: *operabile*, & *extra intellectum* n. pure *speculabile* & *intra intellectum* c. :) nimirum ad *conficiendos syllogismos* &c. ergo.

Inst. Etiam *intra intellectum* datur *praxis*; 367 ergo. a. p. *Hæc* nil aliud est quam *applicatio* & *executio regularum* (: *practicabilium* c. pure *speculabilium*, ut sunt *logicae*, n. :) ergo.

Dices: *Speculando utique aliquid facimus* 368 (: *distinctum* à *speculatione* n. *indistinctum* c. :) ergo.

Ob. 3. urg. *Actus fidei* est *actus intellectus* 369 (: tantum n. *simul virtutis theologicæ* c. :) atqui hic *actus* est *practicus* (: *in quantum* est *actus intellectus* n. in quantum est *actus virtutis theologicæ* vel *regulatus à voluntate* c. :) ergo. m. p. Ille *actus fidei* est *meritorius* (: quatenus est à *voluntate* c. quatenus est *præcise ab intellectu* n. quia *sciens* duntaxat *fidem Catholicam* non habet *meritum*: sicut si *sciam fidem hæreticam*, non habeo *demeritum* :) Videatur *Pars IV. Theol. nost.* à n. 508.

Ob. 4. In intellectu dantur *actus practici* 370 (: *extrinsece* & *denominative* c. *intrinsece* & *formaliter*, seu *elicitive* n. nam sic sunt *actus voluntatis* :) ergo & *praxis*. a. p. Ubi est *concretum*, ibi quoque est *forma* (: *intrinseca* semper n. *extrinseca* c. Sic *esse visum*, est *concretum*, & tamen *adest forma extrinseca* tantum :)

Regeres: Licet *actus voluntatis* dirigantur 371 ab *intellectu*, per hoc tamen non fiunt *actus intellectus* (: *eliciti* c. non fiunt *actus intellectus directi* n. :) ergo etiam licet *actus intellectus* imperentur à *voluntate*, non fiunt *actus voluntatis* (: *eliciti* c. *imperati* n. non attinguntur autem à Logica prout sunt *imperati*, sed prout sunt *in se* :)

Ob. 5. Omnes *actus Logicae* sunt *practici*; 372 ergo & ipsa Logica. a. p. *Imperantur à voluntate* (: ut *specificante* ipsos n. ut pure *applicante* c. :) quia libere fiunt; ergo sunt *practici* (: n. c. alias *actus omnium scientiarum* essent *practici* :)

Ob. 6. Logica respicit operationes mentis 373 ut *practice dirigibiles*; ergo. a. p. Tradit *regulas*, ut *dirigantur* (: *directione* se tenente *ex parte conceptuum objectivorum* c. *ex parte ipsarum operationum* n. Imo *diriguntur tantum*, ut *melius cognoscant veritatem* :) ergo est *practica*. Ad hæc: *Ethica* est *practica*; quia *dirigit actus* volun-

voluntatis: ergo & Logica, cum dirigat actus intellectus (: n. c. Quia Logica dirigit *objective* tantum, ad speculationem, & *intra* intellectum: Ethica autem *entitative*, ad bonum, & *extra* intellectum:)

374 Ob. 7. Logica non est propter se gratia sui (: ex fine primario & proximo n. secundario & remoto c. :) ergo. a. p. Logica est habitus ministerialis & instrumentarius (: *formaliter* & primario n. *objective* & secundario, quatenus illius objectum aliis scientiis inservit, c. :) ergo non est propter se & gratia sui (: n. c. Alias nec Physica nec Mathematica essent speculativa; quia secundario etiam ordinantur ad Metaphysicam:)

375 Repones: Logica non est nobilior aliis scientiis (: quoad *objectum* c. quoad *modum tendendi* in objectum, nempe speculando, n. :) quia pro objecto tantum habet ens rationis; ergo. Rursus: Logica ordinatur ad scientias practicas (: *qua practica* sunt n. *qua speculativa* c. :) ergo est practica.

376 Ob. 8. Finis Logicae non est veritas; ergo. a. p. Finis Logicae est *modus sciendi*: atqui datur *modus sciendi*, quin detur ulla veritas (: naturalis seu *transcendentalis* c. *logica*, consistens in *conformitate actus* cum regulis Logicae, n. :) ut patet ex syllogismo Aristotelico, *omne A. est B. omne C. est A. ergo. omne C. est B.* ergo.

377 Urg. Etiam aliae scientiae respiciunt conformitatem actus cum objecto (: modo *practico* c. *speculativo* n. :) & tamen sunt practicae; ergo & Logica.

378 Replicas: *Modus sciendi* (: spectatus *formaliter* seu *causaliter* c. spectatus *objective* n. :) non est ipsa veritas; quia solum est medium cognoscendi veritatem: ergo finis Logicae non est veritas. Praesertim: quia haec non est ens rationis (: spectata *physice* & *realiter* c. *logice* & *intentionaliter* n. :)

QUAESTIO IV.

DE FINE, NECESSITATE, ET CONCURSU LOGICAE.

ARTICULUS I.

Quinam sit finis Logicae?

379 Praenotandum: Finem esse id, *cujus gratia aliquid fit*. Dividitur in finem *intrinsicum* (ad quem *habitus* ex se ordinatur) & *extrinsicum*, ad quem ordinatur ab *habente* habitum. Finis *intrinsicus* subdividitur in *proximum* (qui proxime intenditur) & in *remotum*; ad quem proximus ordinatur.

380 CONCLUSIO: Finis *intrinsicus proximus* Logicae est *modus sciendi ut sit objective*; remotus autem est *directio operationum intellectus*. Ita T. T. hucusque nobiscum sentientes.

R. P. A. Schnell, Philos. P. I.

Prob. 1. pars: Logica *modum sciendi objective* in genere proxime intendit, ut constat ex n. 326. ergo est finis ejus *intrinsicus proximus*. Deinde: *Modus sciendi objective* in genere, est *objectum* attributionis Logicae *adequatum* ex n. cit. atqui *objectum* attributionis, & finis *intrinsicus proximus* sunt *idem*, ut constat ab inductione Arithmeticae, Musicae &c. ergo.

Prob. 2. pars: *Finis intrinsicus proximus* Logicae *ordinatur* ad *directionem operationum intellectus*; ergo haec *directio* est finis *remotus*; sicut *directio* equi in frenifactoria est finis *remotus*, quia frenum (quod est finis *intrinsicus proximus frenifactoriae*) *ordinatur* ad dirigendum equum. *Objicibilia* contra 1. part. soluta sunt n. 331. itaque

Objicies 1. cont. 2. part. Logica non dirigit operationes mentis, *quando sunt*, nec *quando non sunt*: ergo earum *directio* non est finis, etiam tantum *remotus*. a. p. *Non quando sunt*: quia tunc jam sunt *rectae* (: *re. directe* t. *reflexe* n. :) *nec* *quando nondum sunt*; quia quod *non est*, non est capax *directionis* (: *entitative* c. *objective* n. Imo dirigit, dum sunt *in fieri*, ubi *architectonica* dirigit *actiones domifactivas*, dum domus est *in fieri* :) ergo.

Ob. 2. Saltem prima mentis operatio non potest dirigi: ergo. a. p. *Intellectus* rem apprehendit *naturaliter*, prout illi proponitur: ergo non indiget *regulis*, quibus *dirigatur* (: *entitative* c. *objective* n. Nam *objectum* potest illi non recte proponi :) Deinde: prima mentis operatio non potest errare (: *errore falsitatis* c. *confusionis* & *obscuritatis* n. :) quia in ea non datur veritas vel falsitas; ergo nec dirigi.

Ob. 3. Etiam secunda & tertia mentis operatio non possunt dirigi; ergo. a. p. Secunda non est capax *rectitudinis* alicujus modi sciendi, quia *definitio* & *divisio* (: *objective* c. *formalis* n. :) pertinent ad primam; argumentatio autem ad tertiam mentis operationem. Imo in argumentatione unum *necessario* sequitur ex altero (: *absolute* n. ex *suppositione*, quod *praemissae* sunt juxta *regulas dispositae* c. :) ergo.

Ob. 4. *Veritas* est finis *intrinsicus remotus*; ergo. a. p. *Modus sciendi objective* ordinatur ad *veritatem manifestandam* (: n. hoc; quia *veritas manifestata* & *modus sciendi objective* sunt *idem*, ut constat ex n. 378. sicut *res definita*, & *definitio objective* sunt unum & *idem* :) ergo.

ARTICULUS II.

Quomodo Logica sit necessaria ad alias scientias?

Praenotandum 1. *Necessarium* esse triplex 1. *Moraliter*, sine quo res quidem haberi potest *absolute*, sed cum maxima difficultate. 2. *Physice*, sine quo res *naturaliter* obtineri non potest.

G

- potest. 3. *Metaphysice* vero, si neque supernaturaliter.
- 388 Prænot. 2. Scientiam, prout est hujus loci, definiri, quod sit *habitus per demonstrationem acquisitus*. Alia est *perfecta*, seu in statu perfecto, idque vel *materialiter & formaliter* simul, quando nempe importat certam & evidentem notitiam non tantum circa *formam*, sed etiam circa *omnia* objecta: vel tantum *formaliter*, quando dicta notitia habetur circa *potiora* duntaxat objecta. Alia *imperfecta* seu in statu imperfecto, quando notitia certa & evidens habetur quidem tam ex parte *materiæ*, quam ex parte *formæ*, sed circa *paucas* tantum conclusiones & faciliores. Et hæc à priori distinguitur tantum accidentaliter, sicut plantula, vix radices agens, ab arbore validissime radicata: diciturque *imperfecta materialiter* tantum; sicut econtra dicitur *imperfecta formaliter*, quando quidem adest certitudo ex parte *materiæ*, ita ut de certitudine *materiæ* finis quidem convicti, de infallibilitate ejus tamen minime securi.
- 389 Prænot. 3. Hic non esse quæstionem de Scientia acquirenda in statu *perfecto materialiter* etiam: quia tanta perfectio videtur obtentu impossibilis. Nec de scientia *imperfecta formaliter*: quia hæc non est *vera scientia*; siquidem careat demonstratione. Quæritur itaque solummodo, an Logica sit necessaria ad alias scientias acquirendas in statu *perfecto formaliter*? Item quomodo ad scientias acquirendas in statu *imperfecto materialiter*? Et quidem, an *physice*? nam uti *moraliter* necessariam, ita *metaphysice* non esse necessariam, supponimus.
- 390 CONCLUSIO: Logica ad alias scientias non tantum in statu perfecto: sed etiam in *imperfecto* acquirendas est *simpliciter & physice* necessaria. *Est fere contra communem*.
- 391 Prob. 1. pars: Sine Logica artificiali non habetur *perfecta* demonstratio (*quæ* requirit non tantum *certitudinem & evidentiam* consequentis seu *materiæ*, sed etiam *consequentia* seu *formæ*, puta *dispositionis* terminorum & propositionum secundum *figuram & modum*, nullam latere fallaciam suppositionis &c. quæ omnia sola Logica docet) ergo nec *perfecta* scientia. c. p. *Demonstratio* est unica *causa* scientiæ; ergo.
- 392 Respondent aa. Sciri posse, *exercite* saltem, sine Logica: quatenus nempe *termini*, sine reflexione ad regulas, perfecte *penetrantur*, ita quidem, ut certum sit, quod principia naturalia fuerint observata.
- 393 Contra est: *Termini* sine Logica non possunt perfecte *penetrari*; quia sola Logica de *natura & proprietatibus terminorum* tractat. Nec ipsa principia *naturalia*, quatenus *applicata* certæ *materiæ*, sunt *evidentia*; eoquod sine Logica artificiali sciri non possit, an *dictum de omni* sumatur in *distributiva* suppositione, vel *collectiva* &c. ergo bonitas & infallibilitas *consequentia* sine
- Logica artificiali nec *exercite* sciri potest. Quin, talis cognitio *exercita* (utpote *certa* ex parte *materiæ* tantum) non sufficeret; sed solummodo probaret, quòd aliqua scientia in statu *imperfecto formaliter* sine Logica artificiali acquiri posset: quod non negamus.
- Prob. 2. pars: Scientia in statu *perfecto & imperfecto* non distinguuntur intrinsece & *essentialiter* (quia præcise distinguuntur quoad statum & materiam, ex n. 388.) ergo Logica est ad utramque necessaria simpliciter. c. p. Utraque *essentialiter* requirit demonstrationem, quæ quoad *formam* sine Logica haberi nequit.
- Confirmatur: *Scire* est *habere demonstrationem demonstrativè*, ut ait Aristoteles 2. post. c. 2. ergo ut quis *sciat* etiam tantum *imperfecte materialiter*, debet cognoscere & *scire instrumentum*, quo utitur ad sciendum, nempe *demonstrationem*: quæ tamen absque Logica sciri non potest; cum demonstratio, *quæ est syllogismus faciens scire*, à sola Logica doceatur. Hinc recte S. D. op. 7. q. ult. NECESSITAS requirit, ut incipiamus à Logica: ergo.
- Objicies 1. cont. 1. part. Sine Logica artificiali potest haberi demonstratio *essentialiter* perfecta; ergo. a. p. Quod res aliqua sit *causa alterius*, item illatio & *connexio* unius cum alio, apparet ex ipsa terminorum *penetratione* (: & n. sup. quòd detur talis penetratio quoad *formam* sine Logica, ut constat ex n. 391. :) ergo.
- Ob. 2. Logica non est necessaria ad *seipsam*, etsi sit scientia: ergo etiam non est necessaria ad alias scientias (: n. c. Quia Logica tradit *modum sciendi*; adeoque est scientia *in quo*; & sic non indiget *alio*, per quod fiat scientia: sicut albedo non indiget alia albedine, ut alba fiat. Vel dici potest, quòd Logica tantum *inadequate* sit necessaria ad *seipsam*, quatenus *una* pars est necessaria ad alteram, cognitio *terminorum* ad cognitionem *propositionis* &c. Aut quatenus Logica *virtualis*, prout nempe *continetur* in suis principis, est necessaria ad Logicam *actualiter* existentem :)
- Urg. Etiam *alia* scientiæ continentur *virtualiter* in primis principis (: *mediate & remote* c. *proxime* & immediate ut Logica n. Nam quia *hæc* facit *primam* demonstrationem, ideo est *mensura* cæterarum scientiarum :) ergo etiam *seipsas* poterunt perficere, ut Logica.
- Dices: Multi habuerunt alias scientias in statu perfecto sine Logica artificiali, ut Hypocrates Medicinam, Chaldæi astrologiam &c. ergo. a. p. Logica artificialis tunc temporis nondum fuit reinventa (: ab Aristotele c. ab Hypocrate & aliis n. quamvis illam nobis non manifestarint :) ergo.
- Ob. 3. Logica artificialis est *habitus acquisitus*: ergo tantum *facilitat* in operando (: quoad *actus* secundum substantiam seu vitalem *entitatem* consideratos c. consideratos quoad *modum arti-*

artificiosum n. ad hunc enim Logica est simpliciter necessaria: ergo non est simpliciter necessaria.

401 Inst. Quod quis potest cum habitu (: non scientifico t. scientifico n. :) illud etiam potest sine illo: atqui potest quis acquirere alias scientias cum habitu Logicae; ergo etiam sine illo (: n. c. Quoniam sine Logica non potest haberi demonstratio seu syllogismus demonstrativus; siquidem sola Logica doceat artificium syllogisticum :) Deinde: *addiscens artem potest actionem artis operari sine arte*, ut ait Aristoteles 9. Met. t. 7. ergo etiam addiscens aliam scientiam potest actum scientificum elicere sine scientia Logicae (: n. c. Quia non omnis actio artis, quae talis, exigit infallibiliter per certas & evidentes regulas produci: e contra actus scientificus vere, formaliter, & substantialiter talis, essentialiter requirit infallibilitatem tam ex parte materiae, quam formae :) a. p. In arte saltandi & medendi (: n. parit. quia harum actus sunt indifferentes, ut naturaliter fiant, vel artificialiter: imo saepe scientifici non sunt :) ergo.

402 Repones: Solus habitus supernaturalis dat simpliciter posse (: in ordine supernaturali c. in naturali n. Nam hoc in ordine naturali quoad modum artificiosum quoque dat Logica artificialis: sic potentia quoque dat posse simpliciter, in hoc ordine. Deinde habitus supernaturalis dat posse simpliciter tam quoad substantiam, quam quoad modum: nec potest acquiri viribus naturae: Logica vero dat posse simpliciter duntaxat quoad modum; & viribus naturae acquiri potest: ergo adhuc sufficienter distinguuntur :) ergo Logica, quae est habitus naturalis, illud non dat.

403 Ob. 4. Logica artificialis ad alias scientias sufficit; ergo etiam naturalis. c. p. Logica naturalis est causa Logicae artificialis: ergo si haec sufficit, sufficiet etiam illa. c. p. Quidquid potest effectus, id etiam potest causa (: se sola semper n. unà cum effectu c. Sic sol sine luce, quae tamen est ejus effectus, non illuminat, nec ignis sine calore calefacit: idem est de aliis causis virtualibus & emanativis :) ergo.

404 Ob. 5. cont. 2. part. Logica non est necessaria ad scientias in statu imperfecto tantum; ergo. a. p. Cum sola Logica naturali, virtualiter in suis principiis contenta, potest elici actus scientificus; ergo. a. p. Per sola principia Logicae, sc. per dictum de omni, & quae sunt eadem uni tertio, possum esse certus (: certitudine & evidentia solum materiali c. etiam formali subd. si principia illa spectentur naturaliter n. si artificiose, quod tamen à sola Logica artificiali fit, c. :) de connexionem duorum inter se propter connexionem cum uno medio; ergo.

405 Ob. 6. urg. Certitudo & evidentia naturalis est longe tutior, quam artificialis (: extrinseca, & experimentalis c. quam intrinseca, seu sci-

entifica, & in ipsis naturae principiis fundata n. Ars enim non destruit, sed perficit naturam :) quia natura est certior quam ars (: experimentalis c. scientifica n. :) atqui certitudo materialis est naturalis, & certitudo formalis est artificiosa (: intrinseca & scientifica c. extrinseca & pure experimentalis n. :) ergo certitudo materialis est certior formali.

Replicas: Rusticus faciens syllogismum ex principiis, omne totum est majus parte, aequè est certus (: materialiter c. aequè formaliter n. :) ac Logicus; ergo certitudo intrinseca & artificiosa non dependet à sola Logica artificiali, sed etiam à virtuali. Vid. Oberhauser d. 1. q. 3. a. 1. §. 2. à n. 140.

407 Ob. 7. infer. Ergo Logica est perfectior omnibus aliis scientiis: quod tamen admitti non potest; quia aliae scientiae habent objectum nobilius, nempe reale. S. p. Omnes aliae scientiae, sub ratione scientiae, sunt perfecta propter Logicam artificialem; ergo haec est perfectior omnibus (: quoad modum c. est perfectior quoad substantiam n. quia perfectio quoad substantiam actus desumitur ab objecto formali, quod in Logica non est adeo perfectum, ut in aliis scientiis :) c. p. Quia propter quod unumquodque tale, illud est magis tale (: ubi datur majus & minus c. secus n. In scientiis autem quoad rationem genericam, non datur majus & minus; eoquod omnes consistant in indivisibili objecti notitia certa & evidenti :) ergo si propter Logicam aliae scientiae sunt scientiae, tunc Logica erit magis scientia, id est, perfectior, & perfectissima.

ARTICULUS III.

Quomodo Logica ad actus aliarum scientiarum concurrat?

Prænotandum 1. Duplicem esse modum concurrendi; effectivum & physicum (qui realiter influit in effectum) ac directivum seu morale, qui influit moraliter.

Prænot. 2. In actibus aliarum scientiarum considerari posse 1. Ipsum actum definientem, dividendum &c. 2. Ipsam formam. 3. Quoque materiam. De hac non est difficultas, bene vero circa actum & formam.

CONCLUSIO I. Logica ad actus aliarum scientiarum concurrat solum directive, & non effectively. Est communior Dialecticorum.

Prob. 1. Actus aliarum scientiarum non versantur circa propriam materiam Logicae: ergo Logica ad illas non concurrat effectively. c. p. Quilibet habitus & potentia illos tantum actus producit effectively, qui versantur circa suum proprium objectum: sic voluntas elicit tantum actus illos, qui versantur circa bonum &c. ergo.

Prob. 2. Logica non concurrat ut causa principalis; quia actus aliarum scientiarum sunt dissimiles iis, à quibus Logica est producta. Nec

ut *instrumentalis*; quia non est instrumentum *conjunctum* (cum non sit proprietas aliarum scientiarum, nec talem proprietatem in se contineat) nec *separatum*; quia sic reciperet *motum*, adeoque dirigeretur: ergo concurret tantum *directive*, quoniam aliis scientiis præscribit *regulas*, quomodo in sua materia conficere debeant definitionem, divisionem, & syllogismum.

414 **CONCLUSIO II.** Logica ad *artificium* aliarum scientiarum concurret *effective*. Iterum communis.

Probatur: Artificium illud est objectum *soli* Logicæ; cum sit *ens rationis*: ergo *effective* procedit à sola Logica. c. p. Alias *unus* habitus se extenderet ad objectum *alterius formale*; quod est impossibile: sicut impossibile est, ut potentia visiva se extendat ad *sonorum*; ergo.

415 **Objicies 1. cont. 1. concl.** Logica est *instrumentum* aliarum scientiarum (: *ly. d. a. directivum c. effectivum n.* :) ergo ad illarum actus concurret *effective* (: *subd. effective physice n. effective moraliter*, instar exemplaris scripturæ pueri expositi, c. :))

416 **Ob. 2.** Logica *perficitur* (: *directe & perse n. indirecte & occasionaliter*, quatenus conjuncti sunt cum actibus logicis, c. :) ab actibus *aliarum* scientiarum; quia major facilitas in discurrendo acquiritur: ergo ad illos concurret *effective*. c. p. Habitus non perficitur nisi ab actibus à se elicitis: ergo.

417 **Ob. 3.** Actus aliarum scientiarum æque sunt *Demonstrativi* ac logici; ergo sunt similes logicis (: quoad rationem *genericam c. specificam n.* quia habent diversa objecta formalia :) consequenter eos Logica producit (: quoad *artificium c. secus n.* :))

418 **Ob. 4. cont. 2. concl.** Etiam *aliæ* scientiæ cognoscunt sua objecta in modum definitionis &c. disposita (: ut sunt à parte *rei c.* ut sunt in esse *intentionali n.* Etenim sola Logica repræsentat secundas intentiones objectivas :) ergo etiam *effective* producant artificium logicum, quod fit *cognoscendo*.

419 **Ob. 5.** Aliæ scientiæ *effective* concurrunt ad *substantiam* actuum suorum; ergo etiam ad *modum* (: si hic contineretur *intra* spheram activitatis illarum c. secus n. Sic Deus concurret ad substantiam actus humani, non tamen ad ejus *modum*, qui est malitia :) *artificiosum*.

420 **Infers:** ergo sola Logica est scientia; quia sola Logica efficit demonstrationem (: virtute propria c. *aliena n.* nam virtute aliena etiam aliæ scientiæ demonstrationes efficiunt :))

421 **Urges:** Sic omnes scientiæ dependent à Logica (: quoad *artificium c.* quoad materiam & *assensum*, qui est præcipuum quid, n. :) ergo Logica erit nobilior omnibus aliis (: n. c. Nam *sol* non est nobilior homine, dependente ab illo :))

DISPUTATIO II.

DE ENTE RATIONIS.

QUAMVIS aliqui tractationem De ente rationis in Metaphysicam rejiciant, quia tamen illud pro objecto Logicæ statuimus, consultius putamus, si hic de illo agamus. Itaque in prima Quæstione inquiremus ejus existentiam: in altera deinde causam illius effectivam.

QUÆSTIO I.

DE EXISTENTIA ENTIS RATIONIS.

ARTICULUS I.

An detur ens rationis?

PRÆNOTANDUM 1. Ens rationis recte definiri: *est id, quod tantum habet esse objective in intellectu*: adeoque ad ens rationis requiritur 1. Ut *non-ens* cognoscatur ad *modum entis*. 2. Ut *tantum* habeat esse *objectivum* in intellectu. 422

Prænot. 2. Ens rationis 1. Dividi in ens rationis *ratiocinantis* (quod fit ex mera intellectus fecunditate *absque* fundamento *in re*, & absque aliqua necessitate, vel utilitate) & in ens rationis *ratiocinata*, quod fit *cum* aliquo fundamento, necessitate, vel utilitate. 2. In *negativum*, & *privativum*, (quando *negationem* aut *privationem* concipio instar formæ positivæ) ac *relativum*, quando ibi concipio *relationem*, ubi nec est, nec esse potest. 423

CONCLUSIO: Datur Ens Rationis. *Est* *characteristica TT. ex S. D. 1. p. q. 28. a. 2. & Aristot. 6. metaph. ubi ENS dividit in ens REALE, & in ens in ANIMA, hoc est, rationis.* 424

Probatur: Datur aliquid, quod habet esse *mere objectivum* in intellectu; ergo datur ens rationis. a. p. Intellectus apprehendit *ordinem* inter prædicatum ac subjectum; item *negationes* & *privationes* instar qualitatis, v. g. *nigredinis*; aut naturas duas *unitas*, ut vulpanferem &c. atqui hæc omnia habent tantum esse *objective* in intellectu; quia à parte rei nec sunt, nec esse possunt; ergo. 425

Objicies 1. Ens rationis non habet esse *possibile* (: *ly. d. a. à parte rei c. in intellectu n.* :) quia alias esset ens *reale*; ergo non datur. 426

Urg. Ens rationis non potest esse in *aliquo sensu* (: per speciem *propriam*, à se emissam, c. per speciem *alienam* v. g. hirci & cervi n. :) ergo neque in intellectu. c. p. Quia nihil est in intellectu, nisi fuerit in *aliquo sensu* (: d. ut ante: sic *Deus, tenebra* &c. sunt in intellectu, & tamen non sunt in sensu per species *proprias* :)) ergo. 427

Repones: Species *aliena* non habent *similitudinem* cum ente rationis (: perfectam & *sub-* *jecti-* 428

jectivam c. analogicam & *objectivam* n. Nam eo ipso, quod *ens rationis* sit ad modum *entis*, habet similitudinem quamdam cum ente *reali*: ergo non possunt *ens rationis* repræsentare (: *primario* c. *secundario* n. :) Deinde: *albedo* non potest esse species *nigredinis*, licet conveniant in *esse qualitatis*; ergo nec *ens reale* potest esse species entis *rationis* (: n. c. Quia *ens rationis*, etiam in particulari, est *modus* & *similitudo* entis *realis*; quodlibet enim *ens in particulari* potest etiam considerari ut *ens rationis*: non verò *albedo* in particulari potest considerari ut *nigredo* in particulari; adeoque in *esse repræsentativi* & *repræsentabilis* non conveniunt :) Vid. P. Hueber à n. 55.

429 Ob. 2. inst. *Ens rationis* & *ens reale* sunt *opposita* (: in *esse entitativo* c. in *esse repræsentativo* n. Etenim species *realis* eminenter continet *ens rationis*: ergo *ens rationis* nullo modo potest cognosci per speciem entis *realis*. c. p. *Albedo*, quia *nigredini* opponitur (: in *esse entitativo* n. *repræsentativo* c. :) neque *secundario* tantum potest cognosci per speciem *nigredinis*; ergo pariter &c.

430 Dices: Ideo *ens rationis* potest repræsentari per speciem entis *realis*, quia conveniunt in *genere* (: *entitativo* tantum n. etiam *repræsentativo*, eoquod *ens rationis* in particulari sit *modus* & *similitudo* entis *realis*, c. :) atqui etiam *albedo* & *nigredo* conveniunt in *genere* (: *entitativo* c. *repræsentativo* n. :) ergo.

431 Clamas: Taliter *ens rationis* nunquam cognoscitur *quidditative*: atqui hoc non potest dici; ergo. S. M. p. Deus in *via* non cognoscitur *quidditative*, quia cognoscitur per species *alienas* (: & simul *inferioris* & *imperfectioris* ordinis c. *secus* n. :) ergo etiam *ens rationis* non cognoscitur *quidditative*, per species *alienas* (: n. c. Quippe hæc sunt *perfectioris* ordinis, quam sit ipsum *objectum*, sc. *ens rationis*. Vel dic: quod cognoscatur *quidditative* in specie *expressa*, occasione specierum *alienarum* de novo facta, & entis *rationis* formaliter *repræsentativa*: sed contra hanc ultimam responsionem

432 Ob. 3. urg. Species *aliena* *ens rationis*, *chimericum* saltem, non possunt repræsentare (: *formaliter* c. *occasionaliter* n. :) quod consistit in *identificatione* duarum *naturarum* *impossibilium*: ergo. a. p. Repræsentant *diversitatem* (: *ratione sui* c. *ratione speciei expressa* de novo factæ n. :) ergo non *identitatem*.

433 Subinfers: Ergo *ens rationis* habet *propriam* speciem: atqui *non-entis* non sunt species (: *impressa* c. *expressa* n. :) ergo. S. p. *ens rationis* repræsentantur in specie illa *nova* *expressa* tanquam in *propria* imagine; ergo.

434 Ob. 4. inst. *Hirco-cervus* est illa ipsa species *expressa*: ergo est *ens reale*. a. p. *Esse objectivum* entis *realis* est ipsa species *expressa* (: si

esse objectivum sumatur formaliter ut *quo*, seu potius *in quo* n. si sumatur *terminative* & ut *quod* c. :) quia species *expressa* *substantiæ* est ipsa *substantia* (: ut *quo* seu *repræsentative* c. ut *quod*, seu *terminative* n. Sic *speculum* non est *repræsentata* nisi duntaxat ut *quo*: ergo etiam *esse objectivum* entis *rationis* est ipsa species *expressa*. Vid. *Phys. partic. n. 421*.

Ob. 5. Quando dico, *hirco non est cervus*, 435 non facio *ens rationis*: ergo neque, quando dico, *hirco est cervus*. c. p. Hæ propositiones sunt *contradictoriæ*: ergo habent *idem* *objectum* (: *materiale* c. *formale* n. Secus enim posterior esset de *objecto vero*:) consequenter si prima habet *objectum reale*, etiam secunda habet. In- 436 super: quando concipio *hirco-cervum*, tunc vel concipio *hirco* & *cervum reale*, ut *vere* *identificatos*? vel tantum *fictum* & *fictè* *identificatos* (: concipio *non-identitatem* per modum *identitatis* in extremis *realibus* :) atqui neutrum potest dici, ergo. m. p. Quia in priori conciperem partes *reales*: in posteriori autem *verum*; ergo.

Ob. 6. *Hirco-cervus* habet partes *reales* 437 (: si sumantur *separatim* c. *si conjunctim* n. :) ergo est *ens reale*. c. p. Tale est totum, quales sunt partes (: *unitæ* c. *separatæ* n. aliàs *homo* esset *incorruptibilis* :) Imo talia monstra possunt *pingi* & dari à parte rei (: quoad *formam externam* c. quoad *conjunctionem* *naturarum* n. :) ergo.

Ob. 7. *Ens rationis* non habet sui *causam*; 438 ergo non datur. a. p. Illa foret *intellectus*: atqui non est, ergo. m. p. *Causa* *realis* debet habere *effectum* *realem* (: *primarium* & *directum* c. *secundarium* & *indirectum* n. Sic *ignis* pro *effectu* *secundario* habet *privationem* *frigoris* :) atqui *intellectus* &c. ergo.

Ob. 8. *Ens rationis* non potest *cognosci* ab 439 *intellectu*: ergo ab illo non potest fieri. a. p. *Omnis cognitio* præsupponit suum *objectum* (: *pure speculativa* c. *cognitio* quasi *præctica* & *effectiva* n. Sic *Deus* *cognitione* seu *scientia* *visionis* cognoscit *res* *cognitionem* non *præcedentes* :) atqui *intellectus* non supponit *ens rationis*; ergo illud non cognoscit. Vid. *tr. de Deo n. 483*.

Urges: *Intellectus* est *potentia realis*; ergo 440 debet habere *objectum reale* (: *primarium* & *motivum*, quod est species *expressa*, c. *secundarium* & *terminativum* n. :) quale *ens rationis* non est.

Insistes: Nec potest esse *terminativum* tan- 441 tum; ergo. a. p. *Ens rationis* non est *cognoscibile* (: *cognoscibilitate* *intrinsicæ* & per species *proprias* c. *extrinsicæ* & per species *alienas* n. :) ergo. a. p. *Cognoscibilitas* est *proprietas* *folius* entis *realis* (: *intrinsicæ* t. *extrinsicæ* n. quia hæc etiam *nihilò* convenit: Imo *ens rationis*

secundum prædicata essentialia etiam est cognoscibile intrinsece, quia sunt intrinsece *connexa*:) sicut *veritas* (: est pro nobis : nam ens rationis est aliquid verum, ex n. 77. ergo etiam cognoscibile :) ergo.

442 Ob. 9. inst. Nihil potest actu *produci*, nisi intrinsece sit producibile: ergo etiam non potest aliquid cognosci actu, nisi sit intrinsece cognoscibile (: n. c. Intellectus enim ex sua fecunditate potest enti, de se incognoscibili, dare cognoscibilitatem, producendo speciem expressam, in qua reluceat :)

443 Reclamas: Ens rationis, antequam cognoscatur, non est ens reale; ut patet: nec ens rationis; quia tunc nondum habet esse objectivum in intellectu (: *actuale* c. *possibile* n. :) ergo non est cognoscibile.

444 Premes: Ens rationis est tantum denominatio *extrinseca*; ergo. a. p. Totum ejus esse consistit in *objici* (: *causali* n. in *objici* formali & *terminativo* c. hoc autem est ipsum esse objectivum :) seu in *esse cognitum*; ergo.

445 Ob. 10. Ex dictis ens rationis deberet dari circa *impossibile* (: cognoscibile tamen c. *incognoscibile* n. :) atqui non datur circa *hoc*; ergo. m. p. Quia alias deberet dari circa *omne* impossibile, & sic etiam circa incognoscibile; ergo.

446 Insurges: Cognoscendo Deum per modum finis, cognosco impossibile; ergo facio ens rationis (: si cognoscerem *non-ens* ad *modum* entis c. si cognosco *ens* per *aliud* ens, nempe *spirituale* per *materiale* n. quippe hoc est duntaxat cognoscere modo alieno: sicut dum album per vitrum viride video :)

447 Ob. Ult. Si daretur ens rationis, esset medium inter ens *reale* & *nihil*: atqui inter ens reale & nihil (: *absolute* n. *nihil reale* c. :) non datur medium; quia sunt contradictoria; ergo.

448 Replicas: Implicat dari essentiam (: *realem* c. *fictam* n. :) sine proprietatibus: atqui si daretur ens rationis, datur essentia sine proprietatibus, si nempe cognoscam *prædicatum* sine suppositione &c. ergo.

ARTICULUS II.

An denominationes extrinsecæ sint Ens rationis?

449 **P**rænot. 1. *Denominationem* esse appellationem à certa forma: quæ si intrinsece afficiat subjectum, dicitur *intrinseca*; si extrinsece, extrinseca.

450 Prænot. 2. Quæri itaque, an illa affectio *passiva* formaliter sit ens rationis? nam ipsam formam, subjectum, & actum denominantem esse entia realia omnes admittunt.

451 **CONCLUSIO**: Denominationes extrinsecæ non sunt formaliter Entia rationis. *Ira TT. contra TT.*

Probatur: Quia ante omnem fictionem

dantur v. g. res *formaliter vise*; ergo. a. p. Datur *formaliter videns*; ergo & formaliter *visum*: quia sunt correlativa, quæ simul esse debent re & ratione.

Respondent aa. Ut denominatio *vise* formaliter habeatur, *formam* visionis debere esse in *objecto* viso, saltem *intentionaliter*. 452

Contra est: *Esse visum* est denominatio *extrinseca*; ergo sufficit, ut forma visionis sit in *objecto extrinsece* & *terminative*: Et sicut ad hoc, ut detur denominatio formalis *intrinseca*, non requiritur, ut forma sit in *subjecto intrinsece intentionaliter*, sed sufficit, quod ibi sit intrinsece *realiter*; ita pariter ad denominationem extrinsecam sufficit, ut forma sit in *objecto extrinsece realiter*: seu, quod intellectus intelligat formam esse terminatam ad suum *objectum*.

Objicies i. Ut murus dicatur *formaliter visus* debet visio concipi ut *intrinsece* existens in muro; ergo. a. p. Omnis forma, tribuens *effectum formalem* *subjecto*, debet esse in ipso *subjecto*; cum effectus formalis sit ipsa forma *communicata* (: *xy. d.* vel *subjective*, vel *terminative* c. *subjective* semper subd. si sit forma denominans *intrinsece* c. si tantum *extrinsece* n. :) ergo. 453

Inst. *Esse visum* est quoddam concretum (: de *inesse* n. de *terminari* c. :) ergo forma debet esse intrinsece unita cum *subjecto*: quod ad omne compositum (: proprie dictum & de *inesse* c. *secus* n. :) requiritur. 454

Ob. 2. Denominationes extrinsecæ nihil ponunt in rebus (: ex parte *subjecti* videntis n. ex parte *objecti* c. Nam si quid ex parte hujus ponerent intrinsece, cessarent esse denominationes extrinsecæ :) ergo non sunt entia realia, sed rationis. 455

Ob. 3. Hominem *esse cognitum* habet esse *objective* in intellectu (: *tantum* n. etiam c. Et enim simul habet esse *subjective* ex parte cognitionis, & *realiter* ex parte *objecti* :) ergo est ens rationis. 456

Ob. 4. Ut cognoscam *esse cognitum*, formaliter ut *cognitum*, debeo concipere *respectum* ad *cognoscentem*; quia dicit aliquam formam (: *intrinsecam* n. *extrinsecam* c. :) atqui iste *respectus* est ens rationis; ergo. 457

Ob. 5. inst. Ut cognoscam *prædicatum* ut formaliter *prædicatum*, debeo concipere *respectum* ad *subjectum*; ergo pariter ut cognoscam *esse cognitum* ut formaliter *cognitum* debeo concipere *respectum* ad *cognoscentem* (: n. c. Quia esse *subjectum* est in genere *relativo* *intentionali*; econtra esse *cognitum* in genere *absoluto* :) *Vid. n. 463.* 458

ARTICULUS III.

An secundæ intentiones objectivæ sint entia rationis?

459 **P**rænotandum: Intentionem objectivam esse ipsum *objectum* cognitum: quod si cognoscatur secundum prædicata, quæ ipsi conveniunt à parte rei, dicitur intentio *objectiva prima*: si autem secundum ea, quæ ipsi conveniunt præcise per *intellectum*, dicitur intentio *secunda objectiva*. De his, formaliter acceptis sit

460 **CONCLUSIO**: Secundæ intentionis objectivæ formaliter sunt entia rationis. Ita TT. ex S. D. 4. met. lect. 4.

Probat: Quia tantum habent esse *objectivum* in intellectu; cum sint *relationes rationis*, quæ à parte rei nec sunt, nec esse possunt: siquidem à parte rei non detur relatio ad seipsum; quod tamen contingit in relationibus rationis; ergo.

461 **Objicies** 1. Intentio secunda objectiva est ipsum *objectum* primæ cognitionis, *reflexe* cognitum (: *q. d. M. reflexione qualicumque n. tribuente ei novum ordinem rationis c.* :) atqui *objectum* est aliquid *reale*; ergo.

462 **Ob.** 2. Secundæ intentiones objectivæ constituuntur per actus intellectus reales (: *formaliter n. efficienter c.* :) ergo & ipsæ sunt reales (: *n. c. formaliter enim constituuntur per relationem rationis* :))

463 **Ob.** 3. Murum esse *visum*, est solum denominatio extrinseca: ergo etiam Petrum esse *subiectum* (: *n. c. Quia hoc dicit relationem secundum esse saltem per rationem; ut itaque intelligatur qua tale, debet concipi relatio: e contra esse visum est in genere absoluto, nec dicit relationem nisi secundum dici; ergo formaliter potest murus intelligi visus sine relatione:* :) consequenter secundæ intentiones objectivæ non sunt entia rationis.

464 **Ob.** 4. Dantur secundæ intentiones *sine* relatione rationis: ergo saltem non omnes sunt entia rationis. a. p. Dantur syllogismi, in quibus nulla relatio cognoscitur (: *si sint naturales solum c. si artificiales n.* :) ut si Logicæ ignarus faciat syllogismum: ergo nec ibi datur. c. p. Quia totum ejus esse est cognosci: ergo.

QUÆSTIO II.

DE CAUSA EFFECTIVA ENTIS RATIONIS.

ARTICULUS I.

Num solus intellectus faciat ens rationis?

465 **P**rænotandum: Dum quæritur an etiam aliæ potentia præter intellectum possint facere *ens rationis*, hoc sumi latius, nempe pro ente ficto.

CONCLUSIO: Nullus sensus externus, 466 nec internus: nec voluntas: sed solus intellectus potest facere ens rationis. Est communis contra paucos.

Prob. 1. pars: Quia ens rationis non continetur intra sphaeram activitatis sensuum; cum non sit *sensibile*, & reale: ergo.

Prob. 2. pars: Voluntas enti rationis non potest dare esse; quia eidem non potest *objici*, cum ejus *objectum* non sit ens, sed bonum: ergo.

Prob. 3. pars: Solus intellectus potest apprehendere non-ens ac si esset ens; cum ens sit ipsius *objectum*: ergo solus potest facere &c.

Objicies 1. cont. 1. part. Licet intellectus pro *objecto* primario habeat ens reale, tamen pro *objecto* secundario habet ens rationis: ergo quoque licet sensus pro *objecto* primario habeant *sensibile*, pro secundario tamen habere poterunt ens rationis (: *q. n. c. Quia sensus non possunt penetrare ipsas essentias rerum & illas componere, uti potest intellectus: sed quidquid attingunt, est sensibile, & extra intellectum:* :) Deinde: potentia visiva versatur circa colorem ut sic, & in universali (: *logice & nominaliter n. adverbialiter, id est, circa colores indeterminate c.* :) atqui universale est ens rationis, ex n. 651. ergo.

Ob. 2. Oculus in collo columbæ videt colores, ubi tamen nulli sunt (: *ita tamen, ut ibi esse possint c. fecus n. Imo videt radios reflexos:* :) item videt umbram, ut colorem fuscum; ergo facit ens rationis (: *n. c. Quia non concipit rem positive aliter quam sit in se, aut esse possit; nam umbra revera apparet ut color fuscus, & taliter representatur:* :))

Ob. 3. Dormiens sæpe facit syllogismum (: *materialem c. formalem n.* :) ergo etiam ens rationis & quidem per phantasiam. Imo canes, visis monstris depictis, fugiunt: ergo imaginantur sibi chymæras (: *quoad formam externam t. quoad conjunctionem naturarum n.* :))

Ob. 4. Voluntas potest ferri in impossibile sub ratione possibilis (: *active n. tantum passive, supponendo, quod intellectus proposuerit ut possibile c.* :) si vult venationem hirco-cervi: ergo.

Inst. Voluntas fertur in peccatum tanquam bonum, quod nec est, nec esse potest bonum, et si intellectus (: *speculativus c. practicus n.* :) contradicat; ergo fertur etiam *active* in impossibile. Vid. tr. de Vit. & peccatis n. 229.

Ob. 5. cont. 3. part. Ens rationis non habet esse tantum *objective* in intellectu; ergo. a. p. Quidquid est in intellectu (: *per modum inherentis & accidentis realis c. per modum accidentis rationis n.* :) habet insuper esse *subjective* in illo; ergo. Quin si ens rationis sit ab intellectu (: *tanquam effectus primarius c. tantum tanquam secundarius & à parte rei impotens existere n.* :) habet quoque esse *effective*; ergo.

476 Ob. 6. Intellectus saltem non per omnes tres mentis operationes facit ens rationis; ergo. a. p. Secunda & tertia mentis operatio jam supponunt ens rationis factum à prima: ergo non amplius faciunt. c. p. Voluntas non facit, quia supponit jam factum; ergo quoque secunda & tertia mentis operatio non faciunt (: n. c. Etenim hæc possunt fingere, & non-ens *de novo* concipere ad modum entis: non sic voluntas:)

477 Deduces 1. Ens rationis non fieri per *solum* iudicium falsum: quia etiam fit per primam mentis operationem, quæ non est iudicium. Nec per *omne* iudicium falsum: quia dantur multa iudicia *falsa*, quæ tamen entia rationis non sunt.

478 Deduces 2. Ens rationis logicum fieri per actum *comparativum*. Ratio est: quia *relatio* rationis non cognoscitur sine comparatione; nam per actum absolutum & directum cognoscitur & ponitur duntaxat fundamentum *relationis rationis*: quæ primum tunc resultat, quando simul cognoscitur *terminus*; eoquod cognitio fit abstractiva: de quo aliquid n. 409. Ens rationis *chimericum* verò, *negativum*, & *privativum*, fit per actum directum & absolutum. Ratio est: quia dum intellectus immediate aliquid *fingit* (quod facit enumerata entia rationis faciendo) tunc immediate in illud *tendit*; ergo id facit per actum directum & absolutum.

ARTICULUS II.

An Deus possit facere ens rationis?

479 **P**renotandum: Supponi hic, quod Deus cognoscat omnia entia rationis à nobis facta saltem *mediate*, eoipso quod comprehensive cognoscat omnes *cognitiones* hominum, adeoque etiam illarum objecta. An hoc ipso, vel etiam aliàs, faciat? difficultas est. Quare bene advertendum, ens rationis non fieri per quamcunque cognitionem, sed per *eam* duntaxat, vi cuius *non-ens* se habet ut ens, & beneficio intellectus dicitur ens, ut expresse docet S. Th. *opusc.* 42. c. 1. dicens: *tunc efficitur ens rationis, quando intellectus nititur apprehendere, quod non est, & ideo fingit illud esse, ac si esset. Vid. n. 422.*

480 **CONCLUSIO**: DEUS non potest facere Ens rationis. *Ita TT. contra TT.*

481 Prob. 1. Cognitio, entis rationis factiva, est essentialiter *imperfecta*: ergo. a. p. Illa cognoscit rem aliter ac fit in se, & aliter quam petat cognosci (sic, si considerat *hominem* ut prædicatum, cognoscit *illum* ut quid *relationum*; cum tamen in *se* sit quid absolutum & sic de cæteris) ergo est imperfecta. c. p. Si *ens* rationis cognoscerem *aliter* ac est in se, aut petit cognosci, tunc illud cognoscerem cum imperfectione: ergo etiam si *hominem* aliter concipio.

Respondent aa. *Hominem*, quatenus est 482 ens rationis, exigere, ut cognoscatur aliter, quam fit in se: ergo non est imperfectio.

Contra est: Etiam mendacium exigit, ut fit locutio contra mentem; ergo mentiri non esset imperfectio. Itaque, quia entia rationis, maxime logicalia, fundantur super cognitionem *imperfectam* (fundantur enim in rebus cognitis per abstractionem, per divisionem, vel compositionem, per discursum &c. cum sint relationes universalis *abstracti* ab inferioribus, prædicati ad subjectum, antecedentis ad consequens &c.) ideo intellectus Divinus ea immediate facere non potest; siquidem careat abstractione, compositione, & discursu: ergo. Confirmatur &

Prob. 2. Quia Deus est prima veritas in 483 *dicendo*, nequit ullo modo rem aliter *dicere*, ac fit in se; aut *affirmare* de non-ente rationem entis: ergo etiam, quia est prima veritas in *cognoscendo*, nequit rem aliter *cognoscere*.

Respondent aa. Quod Deus ens rationis 484 cognoscat non *assertive*, sed tantum *representative* & *negative*. Sed

Contra est: Cognitio entis rationis etiam tantum *representativa*, *apprehensiva*, seu *negativa* est imperfecta; ergo. a. p. Quia apprehensio *rei aliter* quam fit in se est imperfecta: sicut econtra apprehensio *rei ut est* in se, perfecta est. Accedit: quod Deus sit summa veritas non solum in *judicando* sed etiam in *apprehendendo*: ergo si nequit *judicare*, non-ens habere rationem entis, etiam nequit *apprehendere* non-ens ad modum entis. Imo: Ens rationis cognoscendo *representative* tantum non faceret illud, quia est cognitio *speculativa* duntaxat: de qua n. 485. Demum: Deus nec simplici quidem affectu potest velle *fictam bonitatem*; ergo nec simplici apprehensione poterit attingere *fictum ens*. c. p. Deus non est minus verus, quam bonus: ergo.

Objicies 1. Deus cognoscit ens rationis, à 485 nobis factum (r. d. a. cognitione *speculativa* tantum c. quasi *practica* & *effectiva* n. :) ergo facit. c. p. Per illam cognitionem acquirit in intellectu Divino *esse objectivum* (: *practice* & *exercite* n. *speculative* & *signate* c. :) ergo Deus per illam cognitionem facit ens rationis.

Inst. Si nos cognosceremus ens rationis ab 486 altero factum, tunc per talem cognitionem acquireret *esse objectivum practicum* in nostro intellectu (: n. hoc; quia non esset cognitio *practica*, *immediate* non-ens cognoscens *ad modum* entis; sic non facio mendacium, dum illud ab alio factum cognosco, sed primum tunc, dum per approbationem *exercite* cognosco :) ergo etiam *tale* acquireret per cognitionem Dei cognoscentis entia rationis à nobis facta.

Ob. 2. Si nullus daretur intellectus huma- 487 nus, Deus ens rationis tamen cognosceret (: *absolute* n. ex *suppositione*, si aliquis intellectus *humani* esset *possibilis* c. Sic Deus cognoscit *discur-*

discursum, peccatum &c. sed solum ut factibilia ab homine :) ergo tunc in intellectu Divino haberet esse *objective* exercite & *intrinsicè*; quia *id* alias nullibi haberet.

488 Urg. Deus cognoscit *prædicata* essentialia entis *rationis* immediate; cum sint ab æterno, æque ac essentialia aliarum rerum, ex n. 342. ergo facit ens *rationis* (: n. c. Quia non cognoscit *exercite* & ad modum entis, sed tantum signate, & ad modum non-entis à parte rei possibilis tamen in intellectu creato; eo proportionaliter modo, quo cognoscit *prædicata* essentialia *privatum* :) c. p. Nos cognoscendo illa *prædicata* facimus ens *rationis* (: n. hoc; quoniam non cognoscimus aliquid impossibile per *modum* possibilis, sed tantum, quod si velimus facere ens *rationis*, debeamus tunc *non-ens* ad modum entis cognoscere; quod utique non est facere ens *rationis*, quia *actu* nondum cognosco non-ens ad modum entis :) ergo & Deus (: argumentum est pro nobis sic: nos non facimus; ergo nec Deus :) Deinde: Deus immediate cognoscit *prædicata* essentialia entis *rationis*: ergo quoque ipsum ens *rationis* (: n. c. Quia etiam cognoscit *prædicata* tenebrarum immediate, quin immediate cognoscat ipsas tenebras, ex n. 492. :)

489 Ob. 3. Facere ens *rationis* nullam involvit imperfectionem; ergo. a. p. Cognoscere rem, eo modo quo est cognoscibilis (: ex parte *rei cognita* c. quo est cognoscibilis ex parte *modi* cognoscendi n. aliàs Deus posset rem cognoscere inadæquate, confuse, per *discursum*, per actus falsos &c. quia ita sunt cognoscibiles ex parte *modi* cognoscendi à nobis :) non involvit imperfectionem: atqui ens *rationis* præcise ad *modum* entis realis cognoscibile est; quia non habet propriam intelligibilitatem: ergo si cognoscatur ad modum entis *non est* imperfectio (: ex parte *objecti* cogniti c. ex parte *cognitionis* n. :)

490 Infitte: Deus independentè à nostro intellectu cognoscit, quod *alter* Deus, hircocervus &c. sit impossibilis: ergo debuit prius apprehendisse (: *immediate* n. *mediate* nempe in essentia sua essentialiter una c. :) consequenter alteri Deo dedit esse *objectivum*. a. p. Deus cognoscit *omne* cognoscibile (: semper *immediate* n. subinde *mediate* tantum c. Secus cognosceret triangulum cum quatuor angulis :) atqui *alter* Deus, aut hircocervus est impossibile *cognoscibile*, eo ipso quod à nobis cognosci possit; ergo.

491 Replicas: Ens *rationis* *exigit* cognosci ad *modum* entis; ergo si Deus cognoscat ad modum entis, non erit imperfectio (: n. c. Nam etiam mendacium, ut fiat cognoscendo, requirit *cognitionem* *præcise* seu approbativam, & tamen illud *ita* cognoscere est imperfectio, ex n. 482. :)

492 Ob. 4. Deus cognoscit *privaciones* & *negationes* (: per modum *formæ* afficientis subje-

ctum n. per formas *oppositas*, per *lucem* absentem v. g. in aère c.) ergo facit ens *rationis*: quia eas cognoscit ad *modum* entis (: id est, per *ens* c. id est, *ad instar* entis n. Etenim aliud cognoscere per *ens* aliud non est facere ens *rationis*; aliàs faceremus ens *rationis*, dum cognoscimus Creatorem per *creaturas* :) nam cum *ens* sit *objectum* intellectus, quidquid cognoscit debet esse *ens* (: semper in *se* n. subinde in suo *opposito* c. alioquin Deus peccatum *omissionis* non cognosceret, cum formaliter sit *privatio* :) ergo.

Infers: Ergo Deus cognoscit *privaciones* 493 & *negationes* *aliter* quam sint (: n. hoc; quia nihil iis, quod in sua essentia non sunt, substituitur :) quoniam per speciem alienam, nempe per formam oppositam: ergo facit ens *rationis*. (: si cognosceret ad *modum* entis c. si tantummodo per *ens* n. :)

Clamas: Ens *rationis* utique est aliquid 494 ens; ergo ab intellectu *Divino* cognoscitur. c. p. *Ens* *rationis* spectat ad *objectum* intellectus (: *primario* n. *secundario* c. Nam *objectum* *primarium* est *ens reale*: sufficit ergo, si ab Eo cognoscatur *secundario* & *mediate*, prout à nobis factum. Talis *cognitio* *mediata* autem non est *factiva* entis *rationis*, eo ipso, quod tantummodo sit *denominatio extrinseca*, & *cognitio prima* intentionis; quia terminatur ad *cognitionem* *humanam* immediate, quæ utique est *objectum* *primæ* intentionis :)

Ob. 5. Deus non potest cognoscere ens *rationis* 495 *immediate*: ergo nec *mediate*. c. p. Quia etiam *sic* cognoscit non-ens ad modum entis (: *active* n. *passive* c. Sic Deus *mediate* nostro *discursu* quoque *discurrit*: & tamen *immediate* *hoc* non potest :) ergo.

Insurges: Deus cognoscit ens *rationis* eo 496 modo, quo nos cognoscimus (: ex parte *objecti* c. ex parte *modi* cognoscendi n. secus cognosceret modo *abstractivo* &c. :) ergo cognoscit modo *præcise* (: si *modus* ille contineretur *intra* spheram *activitatis* *Divinæ* c. secus n. Sic in *linea* *operativa* non concurrat ad *malitiam* actus peccaminosi, quia non continetur *intra* spheram *activitatis* *Divinæ* :)

Ob. 6. Deus facit *pluralitatem* *idearum* 497 (: *formaliter* n. *fundamentaliter* c. :) ergo facit ens *rationis*. c. p. In Deo non datur *pluralitas* nisi *rationis*, quoad absoluta, uti sunt *ideæ*: ergo.

Dices: Deus causat *fundamentum* *proximum* 498 *pluralitatis* *idearum*; ergo & ipsam *pluralitatem*. c. p. In *relatione* *reali* *causans* *fundamentum* *proximum* causat ipsam *relationem* *realem* (: t. a. ob dicenda n. 869. Item n. 659. (: n. c. Quia *relatio* *prædicamentalis* sequitur *consecutione* *physica* per *resultantiam*: *econtra* *relatio* *rationis* fit per *cognitionem*, & *quidem* *activam*, *effectivam*, & *præcise*, quæ in Deo esse non potest :)

Ob. 7. Juxta S. D. 1. sent. dist. 2. q. 1. a. 3. 499

in INTELLECTU Divino datur ab aeterno pluralitas idearum, quæ tamen non fuit in NATURA Divina ab aeterno: atqui in natura Divina ab aeterno jam fuit pluralitas idearum *fundamentalis* (: remota c. fundamentalis proxima n.): ergo in intellectu Divino non est pluralitas tantum fundamentalis (: remota c. fundamentalis proxima n. fundamentum idearum remotum est natura Divina nude considerata: cognita vero ut imitabilis est fundamentum proximum, & ratione hujus ideæ dicuntur esse ab aeterno:) sed formalis.

500 Repones: *Distinctio* virtualis non datur ab aeterno proxime: ergo nec *idea* (: n. c. Quia ab aeterno datur fundamentum proximum idearum, sc. essentia Divina cognita à Deo: non vero datur fundamentum proximum distinctionis virtualis, sc. essentia Divina cognita à creaturis limitate:) *Vid. tr. de Deo n. 574.*

501 Ob. 8: Essentia Divina non potest considerari ut imitabilis à creaturis sine aliquo respectu (: passivo & ex parte creaturarum c. sine respectu activo ex parte essentia Divina n. Nam ex parte hujus idea est imitabilitas non per modum relationis cognita, sed per modum participabilitatis & dependentiæ, per quam cognoscuntur creaturæ dependere à Deo, non tamen vicissim: Sic servi dependent à Domino, non tamen hic vicissim ab illis:) ergo si Deus considerat suam essentiam, ut imitabilem, facit ens rationis.

502 Repetis: Ideæ sunt ab aeterno (: fundamentaliter c. formaliter n.): ergo non possunt causari à creaturis (: formaliter n. fundamentaliter c. Sic distinctio virtualis fit formaliter à creaturis, etsi ab aeterno, sit saltem quoad fundamentum remotum, ex n. 500.:)



TRACTATUS III.

DE UNIVERSALIBUS.

DISPUTATIO I.

DE DISTINCTIONIBUS ET UNIVERSALIBUS IN GENERE.

IN Tractatu præsentis & sequenti agitur de iis, quæ ad primam mentis operationem spectant, nempe de Universalibus & Prædicamentis. Illa tollunt rerum multitudinem; hæc autem illarum confusionem. Porro quia præsens materia involvit subtiles aliquot & metaphysicas difficultates de identitate & distinctione rerum, item de præcisionibus objectivis; nec has ad ultimam Philosophiæ Partem commode differre possumus (cum earum notitia tum hic

tum alibi sit plane necessaria) ideo eandem hoc loco quoque discutiemus. Itaque prima Quæstio erit de rerum distinctionibus, & præcisionibus objectivis: altera postmodum de Universalibus in genere; nam de Universalibus in specie tractabit Disputatio secunda.

QUÆSTIO I.

DE RERUM DISTINCTIONIBUS.

ARTICULUS I.

In quo formaliter consistat distinctio?

PRænotandum: Diversum esse, differre, dividi, & distingui non esse omnino idem; quamvis plerumque promiscue sumantur. Distinctio prout hic sumitur, est ratio, qua una res non est altera. Hanc formaliter consistere in negatione identitatis, volunt Scotistæ: in relatione diversitatis RR. in propria rei entitate TT.

CONCLUSIO I. Distinctio formaliter non consistit in negatione: nec in relatione diversitatis. Est communis TT. cont. Scot. & RR.

Probatur: Quia negatio & relatio illa sunt quid consequens ad ipsam distinctionem; cum supponant membra jam distincta, tanquam subjectum distinctionis, & fundamentum relationis: ergo.

CONCLUSIO II. Distinctio realiter & specificative consistit quidem in propria rei distinctæ entitate: reduplicative tamen & formaliter in illa non consistit: sed sic spectata consistit in unitate transcendentali. Est contra communem TT.

Prob. 1. pars: Quia per propriam entitatem qualibet res constituitur; ergo etiam per illam distinguitur.

Prob. 2. pars: Distinctio est proprietas entis; ergo formaliter non est ipsum ens; sicut rifibilitas formaliter non est ipsum rationale.

Prob. 3. pars: Quia vi unitatis una res formaliter non est alia; nam vi hujus est indivisa in se, & divisa à quolibet alio, ut innuit ipsa definitio unitatis: ergo.

Confirmatur: Natura in statu essentia non est positive indivisa seu indistincta; quia non habet unitatem præcisionis, ex n. 632, ergo non propria entitas sed unitas transcendentalis est ratio formalis unum formaliter distinguendi ab alio.

Obicies i. cont. i. concl. part. i. Juxta Aristotelem 7. top. c. 1. distinctio est id, quo duo non sunt unum (: R. d. M. positive c. negative n.): atqui duo non esse unum dicit negationem (: quoad modum explicandi c. quoad rem explicatam n. Sic æternitas Dei explicatur per negationem finis; & tamen est aliquid positivum:) ergo.

Ob. 2.

- 511 Ob. 2. Posita sola *negatione* identitatis inter Petrum & Paulum ponitur multiplicitas; quia ponuntur duo (: *formaliter* n. consecutive & *concomitanter*, c. :) ergo distinctio consistit in negatione.
- 512 Ob. 3. *Negatio* summe opponitur *identitati* (: *logice* c. *physice* n. Sic enim identitati summe opponitur *entitas* positiva distincta;) ergo. Deinde: in contradictoriis (: *logice* talibus c. *physice* talibus n. vel subd. *formaliter* n. virtualiter & consecutive c. :) unum debet esse *positivum*, alterum *negativum*: atqui Petrus est Paulus, *Petrus non est Paulus* sunt contradictoria; ergo Petrum non esse Paulum est quid *negativum* (: *logice* c. *physice* n. Sic etiam *rationalis* & *non rationalis* sunt conceptus *logice* contradictorii ac ex parte *negativi*, & tamen *physice* sunt positivi:)
- 513 Ob. 4. cont. 2. part. Ex duobus membris distinctis unum respicit alterum (: *formaliter* n. consecutive c. :) tanquam à se distinctum: ergo distinctio formaliter consistit in *relatione* (: n. c. Alias Deus à creatura non distingueretur formaliter, quia nullam relationem dicere ad illam potest:)
- 514 Dices: Distinctio formaliter dicit ordinem ad aliud (: n. hoc; sed potius *ab alio*, ut constat ex ejus definitione:;) quia nihil distinguitur à seipso, sed ab alio; ergo.
- 515 Ob. 5. cont. 2. concl. part. 1. *Hircocervus* per suam *entitatem* non distinguitur realiter ab aliis rebus (: distinctio reali adæquata & *mutua* c. non-mutua n. :) ergo distinctio non consistit specificative in propria rei entitate. a. p. Non habet *entitatem* (: positivam t. *negativam*, ut tenebræ &c. n. :) ergo.
- 516 *Infers*: Saltem non distinguitur *realiter* (: id est, per *entitatem* realem c. *intentionalem* n. :) à vulpansere; ergo.
- 517 Ob. 6. cont. 2. part. Quælibet res per propriam suam entitatem *constituitur* formaliter: ergo etiam per illam distinguitur. c. p. Juxta Aristotelem, constitutum est *distinctivum* (: in sensu *reali* c. est *distinctivum* in sensu *formali* n. alias *animal* etiam *formaliter* distingueret, quia formaliter constituit:;) ergo.
- 518 Ob. 7. Nondum concepta *unitate* transcendentali, entitas Petri & entitas Pauli jam sunt *duæ entitates* (: *realiter* c. *formaliter* n. Sic *natura* in statu *essentia* considerata est quidem *una* realiter, non tamen formaliter ex n. 508. :) ergo jam sunt distinctæ (: *realiter* c. *formaliter* n. :) ante unitatem illam.
- 519 *Quæres* 1. Quotuplex sit distinctio? R. *Realis* & *rationis*: quia ens quoque adæquate dividitur in ens *reale* & *rationis*; ergo & *distinctio*; cum *hec* sit proprietas entis. Porro distinctio *realis* est, quæ datur à *parte rei*; distinctio *rationis* autem, quæ tantum per intellectum. Distinctio *realis* alia est *positiva* (si est inter duo entia

positiva) alia *negativa* (dum datur inter duo non entia, vel inter ens & non-ens, sicque dicitur *non mutua*) alia *adæquata* (quando unum membrum excludit alterum) alia *inadæquata*; dum alterum includit. Distinctio *rationis* subdividitur in distinctionem *rationis ratiocinantis* (quæ fit ab intellectu *sine* fundamento) & *rationis ratiocinate*; quæ fit cum fundamento in re.

Quæres. 2. Quanam sint signa distinctionis *realis*? R. Tria sequentia. 1. *Separabilitas*: quia nihil potest separari à seipso. 2. Quando unum est *producens*, alterum *productum*: quia nihil potest seipsum producere; alias enim simul *esset*, & *non esset*. 3. *Oppositio* relativa: quia nihil realiter opponitur sibiipso. *Vid. P. Renz hic d. 2. q. 1. a. 2.*

ARTICULUS II.

An detur distinctio Modalis? Et ex natura rei formalis?

PRænotandum: Distinctionem *modalem* à RR. dici distinctionem duorum, quorum alterum non est *res* proprie, sed tantum *modus* rei. Per distinctionem ex *natura rei* *formalem* Scotistæ intelligunt illam, quæ datur inter formalitates rei ante operationem intellectus. Utraque deberet esse media inter *realem* & *rationis*.

CONCLUSIO I. Non datur distinctio *modalis* Recentiorum. *Est contra RR.*

Prob. 1. Non dantur *modi*, utpote minime necessarii; cum rerum indifferentia satis tollatur per entia absoluta: ergo nec distinctio modalis.

Prob. 2. Talis distinctio esset *stricte realis*; quia daretur inter *rem* & *rem* (*quam* non tollit *dependentia*: alias *creatura*, aut *actio vitalis*, non esset *res stricte*) ergo.

CONCLUSIO II. Non datur Distinctio ex natura rei formalis Scotistica. *Est unanimitas TT. & RR.*

Probatur: Ante operationem intellectus non dantur formalitates Scotisticæ, animalitas v. g. & rationalitas, ut *distincta* (alias erit quoque distinctio *stricte realis*, utpote inter res, ante operationem intellectus distinctas) ergo. *Nec potest*, quod *separatim* non possint existere, aut produci. Nam etiam tres *Personæ* Divinæ non possunt *separatim* existere, nec *materia* sine forma &c. & tamen *stricte* realiter distinguuntur, ergo.

Objicies 1. cont. 1. concl. Dantur *entitates*, rem indifferentem determinantes (: R. d. *modaliter* n. *realiter* c. :) & ab ea inseparabiles, ut sunt *sessio*, *actio* &c. ergo dantur *modi*; consequenter etiam distinctio modalis.

Ob. 2. cont. 2. concl. Gradus metaphysici distinguuntur *diversis* definitionibus (: *adæquatis* n. *inadæquatis* c. :) ergo ex natura rei formaliter (: *Retorqueo*: ergo *realiter* *stricte* :)

Inst. Esse *principium sentiendi* adæquat *essentiam*,

tiam animalis (: à *parterei* existentem n. *abstractam* & existentem in intellectu c. :) ergo est adæquata.

531 Ob. 3. urg. *Animalitas* & *rationalitas* habent diversas *conceptibilitates*; ergo. a. p. Intellectus non tribuit objecto suam *conceptibilitatem* (: *formaliter* & *actualiter distinctam* n. *fundamentaliter distinctam* c. :) ergo habent *distinctiones formalitates*.

532 Clamas: A parte rei inter *animal* & *rationalis* datur *compositio* (: *formalis* n. *fundamentaliter* c. :) ergo etiam *distinctio*. c. p. *Compositio* est *distinctorum unio*; ergo.

533 Ob. 4. De *animalitate* & *rationalitate* verificantur *contradictoria* (: *actualia* n. *virtualia* c. :) ante *operationem intellectus*: ergo *distinguuntur realiter*, saltem ex *natura rei formaliter* (: *Quæso!* quare non *strictè realiter*?:)

534 Ob. 5. *inft.* *Animalitas* hominis ante *operationem intellectus* est *similis* equo (: *formaliter* n. *fundamentaliter* c. :) *rationalitas* non est *similis* (: n. *suppositum*, quod datur *ante operationem intellectus*; quia sunt termini *abstracti* :) ergo de iis verificantur *contradictoria actualia* (: *actu* n. *virtute* c. :)

535 Urg. Petrus utique *magis* distinguitur à leone (: *ratione formæ physica* c. *secus* n. *Vel subd. fundamentaliter* c. *formaliter* n. :) quàm à Paulo; quia cum *hoc* etiam est *ejusdem speciei* (: n. *supp.* quod à *parte rei*, *independenter* ab intellectu, datur *species formalis*; eoquod sit *secunda intentio objectiva* :) ergo *independenter* ab intellectu *formaliter* est *dissimilis*.

536 Premes: A parte rei datur *albedo formaliter*, *anima formaliter* &c. ergo quoque datur *animalitas formaliter* (: n. c. Quia *hec* est *formalogica* aut *metaphysica*, quæ ut *formaliter talis*, sine *operatione intellectus* non est *dabilis* :) *Vid. n. 610.*

537

ARTICULUS III.

Utrum detur distinctio virtualis Thomistica?

538 PRÆNOT. 1. Per *distinctionem virtuales* intelligi solummodo quamdam *distinguibilitatem*: estque *duplex*; *intrinsicam* (quæ fundatur in ipsa *intrinsicam* rei *perfectione* seu *eminentia*) & *extrinsicam*; quæ fundatur *præcise* in *prædicatis* quibusdam *extrinsicis*, *effectibus* nempe, aut *operationibus* &c.

539 PRÆNOT. 2. RR. etiam admittant *distinctionem virtuales extrinsicam*, & etiam *intrinsicam* in *Divinis*; negare tamen *hanc* in *creatis*. Contra hos sit

540 CONCLUSIO: Datur *distinctio virtualis intrinsicam* Thomistica. Ita TT. omnes.

Probat: Datur *distinctio virtualis extrinsicam*; ergo etiam datur *intrinsicam*: quia *extrinsicam* præsupponit *intrinsicam*; cum *res* non possit

cognosci in ordine ad plures *operationes* & *effectus*, quos producit, nisi in illa præsupponantur *adesse*, & *contineri* diversos *effectus* producidos: ergo. Deinde: *perfectiones Divina* sunt *magis* quid *unum* & *simplex*, quam *perfectiones creatæ*: ergo si illæ *distinguuntur virtualiter intrinsicam*, multo magis ita *distinguuntur creatæ*.

Objicies 1. Tot dantur *distinctiones* (: R. 541 d. M. *actuales* & *formales* c. *potentiales* & *fundamentales* n. :) quot dantur *genera entium*: atqui talia tantum dantur duo, nempe *ens reale* & *ens rationis*; ergo.

Ob. 2. urg. Non datur *distinctio Scotistica*: 542 ergo nec *virtualis Thomistica* (: n. c. Quia *Scotistica* esset *actualis*, nostra autem est tantum *potentialis*, & *reductive* saltem *realis* :) c. p. Quoque esset *media*: ergo.

Inft. *Actu* datur (: id est *defacto* c. datur 543 inter *membra actu distincta*, uti *Scotistica*, n. :) ergo est *actualis*.

Ob. 3. *Distinctio virtualis intrinsicam* datur 544 *independenter* ab intellectu; ergo *independenter* ab illo *distinguitur* *animalitatem* à *rationalitate* (: *actualiter* n. *fundamentaliter* c. :)

Repones: Utique *animalitati* aliquid *super-* 545 *addit* (: *actu* *distinctum* n. *fundamentaliter* *distinctum* c. :) alias etiam *virtualiter* esset *idem* cum *rationalitate*; ergo.

Dices: Ubi datur *distinctio formalis*, ibi 546 dantur *duæ* *formalitates actu distinctæ*: ergo etiam ubi datur *virtualis*, ibi dantur *duæ virtualitates* *actu distinctæ* (: n. c. Nam in *distinctione formali* præcessit *actus intellectus*, *formalitates* *actu distinguens*; quod in *distinctione virtuali* abest :)

Ob. 4. *Animalitas* in morte Petri *separatur* 547 à *rationalitate* (: quoad *denominationem*, & *principia proxima sentiendi* c. quoad *entitatem* & *principium radicale* n. :) quia *rationalitas manet*, cum Petrum adhuc *denominet*; *animalitas* autem *pereat*: ergo *plus* *distinguitur* quam *ratione* seu *virtualiter*.

Replicas: *Anima separata* nequit *elicere* o- 548 *perationes sensitivas* (: *actu* c. *exigitive* n. Imo *sufficit*, quod aliquando *elicuerit* :) ergo non est *principium radicale sentiendi*.

Urges: Si in *anima separata* manent *gradus* 549 *metaphysici* quoad *entitatem*, tunc *anima* est *corpus* seu *corporea* (: ut *quo* c. ut *quod* n. :) atqui hoc est *absurdum*; ergo.

Ob. 5. *Distinctio virtualis Thomistica* est 550 *inutilis*; ergo. a. p. Quia *non salvat* *contradictoria*, ergo. a. p. Hac *supposita* *prædicatum* non *negatur* in *eodem sensu*, in quo *affirmatur*: ergo non *salvat* *contradictoria* (: ita ut *maneant* *contradictoria* c. ita ut *tollantur* n. :)

Clamas: *Oppositio* *contradictoria* est *ma-* 551 *xima*; ergo non *tollitur* per *distinctionem minimam*, qualis est *virtualis* (: n. c. Quia etiam per *hanc* *tollitur* *omnimodo identitas* *virtualis* :)

Dedu-

552 Deduces: Distinctionem virtuales extrinsecam, non sufficere ad salvanda contradictoria. Ratio est: quia per illam non tollitur *identitas* virtualis *objecti*; cum non afficiat ipsum *objectum*, sed tantum *effectus* & connotata *extrinseca*: sic calor ignis, qui nullo modo inest aquæ, non est sufficiens ad tollendum exinde frigus. Vid. *ir. de DEO à n. 185.*

ARTICULUS IV.

An dentur præcisiones objectivæ?

553 PRænot. 1. Hic agi de præcisione *logica* duntaxat seu intentionali; quæ dividitur in *formalem* (dum intellectus omnes formalitates *objecti* cognoscit, ita ut *unam* & alteram cognoscat *clare*, cæteras *confuse*; fundaturque in distinctione virtuali *extrinseca*) & *objectivam*, quando una formalitas tantum cognoscitur, cæteris nullo modo cognitis: hæcque fundatur in distinctione virtuali *intrinseca*.

554 PRænot. 2. Præcisionem *objectivam* dividi in *positivam*, quando una formalitas positive negatur: & *præcisivam* seu *abstractivam*, quando una per intellectum concipitur, non concepta alterâ. De hac sit

555 CONCLUSIO: Dantur præcisiones *objectivæ*. Ita iterum omnes *TT. ex S. D. 1. p. q. 48. a. 7.*

556 Prob. 1. Quia ex pluribus *realiter* identificatis formalitatibus una potest cognosci, alterâ *nullo* modo cognitâ, etiam tantum *confuse*; ergo. a. p. Quando video Petrum à longe moveri, *rationalitas* ne *confuse* quidem mihi præsentatur (cum nullas species *eiusdem* habeam; eoquod motus de se sit *accidens commune*, & *indifferens* ad manifestandam animalitatem *vel* *rationalitatem*) ergo nec *confuse* cognosco *rationalitatem*: idem est de *Petreitate*; ergo.

558 Confirmatur: Eadem *indivisibilis* entitas potest *produci* secundum unam formalitatem, & *non* *produci* secundum alteram, ut patet in peccato *commissionis*: ergo multo magis poterit *cognosci* & *non* *cognosci*: quia species *repræsentativa* gradus *specifici* est prorsus *independens* à specie *repræsentativa* gradus *individualis*; siquidem illa sit *repræsentativa convenientia*; hæc autem *disconvenientia*: consequenter possum cognoscere Petrum secundum *humanitatem* & *non* cognoscere secundum *Petreitatem*.

559 Prob. 2. Datur compositio metaphysica inter *animal* & *rationale*; ergo & Præcisio *objectiva*. c. p. Sine præcisione *objectiva* *animal* & *rationale* non sunt extrema metaphysice distincta: quia totum discrimen esset præcisè ex parte *actus*; & sic *homo* componeretur non ex *animali* & *rationali*, sed ex *actibus* utrumque *repræsentantibus*; ergo.

560 Respondent aa. *Animal* & *rationale* esse R. P. A. Schnell, Philof. P. I.

distincta *extrinsece*, ac per præcisionem *formalem*; & hoc ad compositionem metaphysicam sufficere.

Contra est: *Animal* & *rationale* in compositione metaphysica uniuntur tanquam *actus* & *potentia*; cum sint partes constitutive compositi metaphysici: ergo debent esse *intrinsece* distincta; quia nihil potest uniri alteri, nisi sit aliud *intrinsece* ab alio. Idiplum

Confirmatur: Ad compositionem *physicam* 561 requiritur distinctio, quæ se teneat ex parte ipsorum *extremorum*: ergo etiam ad compositionem *intentionalem* (qualis est metaphysica) requiritur distinctio *intentionalis*, quæ se teneat ex parte *extremorum*, intentionaliter distinctorum.

Objicies 1. Implicat cognosci & non cognosci eandem *indivisibilem* rem (: *q. d. M. tam* *realiter*, quam *intentionaliter* c. *indivisibilem* tantum *realiter* n. Imo quoque juxta aa. *eadem* *indivisibilis* res *clare* & *non* *clare* cognoscitur :) atqui si dantur præcisiones *objectivæ*, sic cognoscitur; ergo.

Repones: Quidquid negatur de *uno*, etiam 563 negatur de omnibus eidem identificatis (: si *illud* sumatur *adequate* & à parte rei c. si solum *inadequate* & præcisive n. :) atqui de *rationalitate* negatur, quod cognoscatur; ergo etiam de *animalitate*.

Inst. Eadem *indivisibilis* res nequit *produci* 564 secundum unam formalitatem, & *non* *produci* secundum alteram (: t. ob dicta n. 558. :) ergo etiam nequit cognosci secundum unam, non *cognita alterâ* (: n. c. Quia *intellectus* est *abstractivus*; non vero *productio* *physica*, cum rei tribuat *existentiam* *physicam*. Imo sequeretur, 565 quod *animalitas* non posset cognosci *clare*, & *rationalitas* *obscure*; siquidem *taliter* quoque non possint *produci* :)


Dices: *Cognitio* æque est *actio* *physica* 566 (: quoad *entitatem* c. quoad *modum attingendi* n. *hic* enim est *præcisivus* :) ac *productio*: ergo si *productio* non est *abstractiva*, neque *cognitio* *abstractiva* erit.

Ob. 2. *Intellectus* non potest attingere 567 unam formalitatem, non *attactâ* alterâ; ergo. a. p. Quod non est (: *nec* *attingendo* *fit* c. si *attingendo* *fiat*, uti fiunt formalitates n. :) non potest attingere: atqui formalitates non sunt in *objecto*; ergo.

Inst. Tam simplex est *entitas* *Petri*, 568 (: *actualiter* c. *virtualiter* n. :) quam punctum *mathematicum*; ergo non potest attingi nisi tota. Deinde: *animalitas* non potest dividi in 569 duos conceptus; ergo nec *animalitas* & *rationalitas* (: n. c. Quoniam *animalitas* tantum *ratione* *ratiocinante* distinguitur à *seipsa*; à *rationalitate* autem *ratiocinata* :) c. p. *Animalitas* tam est *identificata* sibiipsi, quam *rationalitati*; ergo.

Ob. 3.

40541



570 Ob. 3. Intellectus habet speciem totius objecti indivisibiliter (: *adequatam* n. *inadequatam* c.): ergo totum cognoscit. a. p. Totus Petrus producit sui speciem indivisibiliter (: *mediate*, nempe *mediantibus sensibus* c. *immediate* n. Quin, si species esset *adequata*, intellectus tamen posset illa uti *inadequate*, & sic *objective* præscindere: alioquin nec aa. in tali casu *formaliter* præscindere possent :) ergo totum cognoscit.

571 Ob. 4. Intellectus non potest objectum *intrinsece* reddere divisum; ergo. a. p. Est objecto extrinsecus (: *subjective* c. *terminative*, quatenus nempe *pars intrinseca* attingitur, non *attactâ alterâ*, n. :) ergo non potest *objective* præscindere. (: Vel aliter d. a. non potest objectum *intrinsece* reddere divisum in genere *causæ formalis* c. in genere *causæ efficientis* n. :))

572 Replicas: In *divisione physica* *divisio* est *intrinsece subjective* in *divisione*: ergo etiam in *divisione intentionali* (: n. c. Etenim hæc provenit à *potentia immanenter* operativa; non vero *divisio physica* :))

573 Ob. 5. Præcisio *objectiva* est mera *fiçtio*: ergo. a. p. Quando duo *distincta* identifico, est mera *fiçtio*: ergo etiam quando duo identificata *distinguo* (: n. c. Quia præscindendo & distinguendo non concipio *non-ens* ad modum entis, uti fit in *identificatione* :)) Imo: præcisio *objectiva* est *actus falsus*; quia *repræsentat* rem *aliter* ac sit in se (: *positive* n. *repræsentat* aliter *præcisive*, id est, *dissimulative* c. *abstrahentium* autem non est *mendacium*: alioquin etiam præcisio *formalis tale* foret :))

574 Ob. 6. Per præcisionem *objectivam* destruitur principium: *Quæ sunt eadem uni tertio* &c. ergo. a. p. In hoc *sylogismo*, omne sensitivum est animal, omne rationale est sensitivum, ergo *omne rationale est animal*, concessis præmissis posset negari *consequentia* (: n. hoc; quia in præmissis extrema sunt *identificata uni tertio identitate reali* actuali tantum; ergo etiam *taliter* sunt *identificata inter se* in *conclusionem* :))

575 Ob. 6. Per præcisionem *objectivam* destruitur principium: *Quæ sunt eadem uni tertio* &c. ergo. a. p. In hoc *sylogismo*, omne sensitivum est animal, omne rationale est sensitivum, ergo *omne rationale est animal*, concessis præmissis posset negari *consequentia* (: n. hoc; quia in præmissis extrema sunt *identificata uni tertio identitate reali* actuali tantum; ergo etiam *taliter* sunt *identificata inter se* in *conclusionem* :))

576 Dices: In hoc *sylogismo*, *animalitas* cognoscitur, sed *animalitas* est *rationalitas*, ergo *rationalitas* cognoscitur *simul*, bene negatur *consequentia*; ergo etiam in *priori* (: n. c. Nam in ultimo à *statu præcisionis* transitur ad *realem* :))

577 Ob. 7. Præscindens sæpe fit, à quo præscindat: ergo cognoscit utrumque (: *vi cognitionis illius præcisive* n. *vi alterius* c. :))

578 Deduces: Deum non posse præscindere; quia omnia *intuitive* videt: Nec *potentiam visivam*; quia non est *abstractiva*: Bene tamen *Angelos*; quia possunt *speciebus* *inadequate* uti. Vid. P. Renz hic a 6. Item tr. noster de Angel. à n. 118.

QUÆSTIO II. DE UNIVERSALIBUS IN GENERE.

ARTICULUS I.

Quid? & an sit *Universale*, *Nominalium*, & *Platonicum*?

Prænotandum 1. In præsentem non agi de 579 *Universali in causando* (quale est *causa universalis*, *DEUS sol* &c.) nec de *universalis in representando* (quale est *speculum*, *species Angelica* &c.) nec de *universalis in significando* (quale sunt *termini communes* & *collectivi* v. g. *homo*, *turba* &c.) sed de *Universalis in essendo* & *prædicando*.

Prænot. 2. *Universale* hoc recte defini: 580 *est unum aptum inesse vel prædicari de multis*. Intellige, per *realem identitatem* & cum sui *reali multiplicatione*. Dari hoc in *solis* *vocibus*, *volunt* *Nominales*: *Platonici* verò, quod sit *separatum à singularibus à parte rei*.

CONCLUSIO I. Non solæ *voces* & 581 *nomina*, sed *res* & *natura ipsæ*, per *voces* & *nomina significata*, sunt *universales*. *Ita jam communiter Philosophi*.

Prob. 1. Quia *scientiæ* non agunt de vo- 582 *cibus* sed de *rebus*; upote de quibus *demonstrant proprietates* & *passiones*: ergo. Deinde: si dantur *nomina universalis*, debent quoque dari *natura universalis*, quæ *significentur* illis *nominibus*. Nec hæc possunt esse *omnia singularia*; secus, si dico, *Petrus est homo*, *Petrus* esset *omnia singularia*: ergo.

Prob. 2. *Voces* non possunt inesse vel 583 *prædicari de multis per identitatem*: aliàs dum dico, *homo est animal*, *sensus* esset, *homo est hæc vox animal*; ergo.

CONCLUSIO II. Non datur *Univer-* 584 *sale Platonicum*. *Est iterum communis*.

Probatur: *Natura Platonicè universalis* non potest *prædicari de suis inferioribus per identitatem*; cum ab iis *realiter distinguatur*: ergo. Insuper: talis *natura esset universalis* (ut *supponitur*) & non esset; quia quid id *existit realiter*, est *singulare*; cum *existentia* sit *ultimus terminus rei*: ergo.

Objicies 1. cont. 1. concl. Solæ *voces* 585 *prædicantur* (: R. d. a. ut *quo c. quod n.* :) ergo solæ sunt *universales*. a. p. Sola *vox homo* v. g. est *communis*, *res ipsa* autem est *singularis*; ergo.

Ob. 2. *Omnia entia realia* sunt *singularia* 586 (: à *parte rei* c. in *statu essentia* n. :) atqui *natura rerum* sunt *entia realia*; ergo sunt *singulares*, & non *universales*. Maxime: quia *producentur per actionem* *singularem*; ergo. (: n. c. Nam plus non sequitur, quam quod sint *singulares quoad existentiam* :))

Ob. 3.

857 Ob. 3. cont. 2. concl. A parte rei dantur *ſcientia*: ergo etiam naturæ univerſales. c. p. *ſcientiæ* non dantur niſi de Univerſalibus & neceſſariis (: quoad *effentiã* c. quoad *exiſtentiã* n. aliàs ſola Theologia eſſet ſcientia :) ergo à parte rei dantur naturæ univerſales.

588 Ob. 4. Nulla *ſubſtantia* exiſtit in alio (: tanquam in ſubjecto *inhabitionis* c. *informationis* n. :) atqui aliqua univerſalia ſunt ſubſtantiæ, ut natura humana; ergo non exiſtit in ſingularibus, ſed ſeparata.

589 Ob. 5. Natura eſt prior ſuis *accidentibus* (: prioritate *temporis* n. *rationis* c. :) atqui *ſingularitas* eſt accidens naturæ; ergo. Rurſum: Modus *cognoſcendi* (: cognitione *abſtrictiva* n. cognitione *poſitiva* ſeu negativa c. :) ſequitur modum *eſſendi*: atqui intellectus cognoſcit naturas à ſingularibus *ſeparatas*; ergo ſunt ſeparatæ.

590 Ob. 6. Quidquid producitur à ſuo *ſimili* (: ſemper *formaliter* n. *ſimili virtualiter* vel eminenter c. :) producitur: atqui ablatis ideis hoc non fieret; ergo. m. p. Quia rana *prima* in aliquo ſtagno non haberet cauſam ſibi ſimilem, utpote nata ex *putri* materia v. g. ergo.

591 Dices: Sublatis omnibus hominibus, adhuc verum eſt, *homo eſt animal rationale*; ergo debet aliquid dari (: *poſitive* & actualiter n. negative & *poſſibilitate* c. :) de quo verificatur: atqui *hoc* erit *homo in communi*, à ſingularibus ſeparatus; ergo

ARTICULUS II.

Utrum detur Univerſale Recentiorum?

592 **P**reſertim notandum: Univerſale eſſe quoddam concretum, conſtans *materia* & formâ. *Illam* RR. volunt eſſe *ſingularia* confuſe cognita; iſtam autem, *unitatem* cognitionis confuſæ. Contra quos eſt

593 **CONCLUSIO**: Non datur Univerſale Recentio iſticum. *Ita TT. omnes & Scot.*

594 Probat: *Materiale* proximum Univerſalis non ſunt *ſingularia* confuſe cognita; cum in *hac* non poſſit introduci unitas & aptitudo; quia habent actualem *multiplicitatem* & incommuni-

595 cabilitatem. Nec unitas *extrinſeca* cognitionis *confuſa* eſt *formale* Univerſalis: quia naturam non facit *unam* & indiviſam in inferiora; cum relinquat illam cum ſuis differentiis *individuanti-*

596 *bus*, quæ ſaltem confuſe cognoſcuntur, alias non eſſet præciſio formalis, ſed objectiva; ergo. *Aptitudo* verò, quæ eſt à parte rei, non reddit naturam communicabilem *pluribus*; quia ſemper eſt in *natura*, ad certum *individuum* determinata: ergo.

597 Reſpondent aa. Omnia *ſingularia* *confuſe* cognita eſſe quidem *intriſece* actu *plura*; *extrinſece* tamen eſſe *unum* vi cognitionis confuſæ. Sed

Contra eſt: *ſingularia* *intriſece* ſunt *multa*,

ex conſeſſis: ergo oppoſitum, ſc. unitas eis neque *extrinſece* competere poſteſt. Deinde: eſſi eſſent unum unitate *extrinſeca*, attamen de quovis ſingulari non poſſent prædicari; quia falſum eſt, quod *omnia* ſingularia, confuſe cognita, apta ſunt eſſe in Petro, & de eo prædicari: etiam tantum *inadequate* (ut volunt aa.) eoquod ſic non prædicaretur natura *univerſalis*; ergo.

Objicies 1. *Materiale* univerſalis ſunt *ſingularia* *confuſe* cognita: ergo a. p. Juxta Aristo- 598 telem, univerſalia non ſunt extra ſingularia (: *re-* d. *realiter* & extra intellectum c. *intentionaliter* & per intellectum n. :) ergo natura ut univerſalis debet cognoſci cum ſingularibus.

Ob. 2. Omne torum (: *actuale* c. *poten-* 599 *tiale* ſubd. :) habet ſuas partes (: *potentia* c. *actu* n. :) ergo univerſale ceu Totum debet habere partes; quæ eſſe non poſſunt niſi ſingularia *confuſe* cognita.

Ob. 3. Unitas præciſionis cadit ſupra ſin- 600 gularia (: *immediate* & proxime n. *mediate* & remote c. :) quia ab iis tollitur multiplicitas; ergo.

Ob. 4. inſt. Supra id cadit unitas *immedia-* 601 *te*, ſupra quod ante cecidit diviſio: quia quod à parte rei erat multiplex, per intellectum fit unum (: *immediate* n. tantum *mediate*, mediante nempe præciſione objectiva, c. :) atqui *diviſio* à parte rei cadit ſupra ſingularia; ergo.

Urg. Unio *phyſica* *immediate* unit *plura*; er- 602 go etiam unio *intentionalis* (: n. c. *Quia* *hac* tollit *diſtinctionem*; unio *phyſica* autem *ſepara-* *tionem* duntaxat :)

Ob. 5. Ad univerſale requiritur unitas & 603 multiplicitas (: *eodem* modo n. *diverſo* c. :) atqui multiplicitas, quam faciunt univerſalia, non eſt pars formalis; ergo *materialis* (: *remota* c. proxima n. :)

Replicas: Per actum univerſalizantem de- 604 bet cognoſci *fundamentum* univerſalitatís (: *pro-* *ximum* c. *remotum*, quod ſunt ſingularia n. :) atqui *fundamentum* ſunt *ſingularia*; ergo.

Dices: *Singularia* *immediate* ſuſcipiunt *uni-* 605 *tatem* *extrinſecam* cognitionis confuſæ: ergo ſunt *immediatum* *fundamentum* (: n. c. & ſupp. quod illa unitas *extrinſeca* ſit formale univerſalis; quia non tollit multiplicitem ex parte *objecti*, ut jam dictum n. 595. :)

Ob. 6. Natura humana *actu* in eſt multis 606 à parte rei (: ut *una* & indiviſa n. ut *multiplica-* *ta* & actu diviſa c. :) ergo etiam *poſteſt* à parte rei in eſſe multis. c. p. Ab actu ad *potentiam* eſt bona argumentatio: ergo.

Ob. 7. Licet *materia prima* à parte rei 607 contracta ſit ad certam ſpeciem, nempe formam, ex ſe tamen manet *intriſece* apta ad omnes formas ſublunares recipiendas: ergo pariter licet natura à parte rei actu ſit in multis, ſecundum ſe tamen manebit *formaliter* apta, ut ſit in aliis (: n. c. *Quia* *materia prima* per *effentiã* eſt *po-* *tentia*

tentia realis omnium formarum receptiva, sicque aptitudinem illam in nullo statu amittit: econtra natura est *universalis accidentaliter* tantum & per *intellectum*: extra quem actu realiter est multiplex ratione singularium, in quibus realiter existit:)

608 Inst. A parte rei dantur Singularia (: *fundamentaliter c. formaliter n.* Nam sic sunt individua, quæ sunt termini secundæ intentionis:) ergo & universalia. c. p. Correlativa sunt simul *re & ratione*: ergo.

609 Ob. 8. A parte rei dantur *universalia* (: *fundamentaliter c. formaliter talia n.* :) ergo etiam datur aptitudo proxima. a. p. Datur *species* humana, equina (: *formaliter n.* quia sunt termini secundæ intentionis: secus c. :)

610 Clamas: A parte rei datur *album formaliter*: ergo etiam *singulare formaliter* (: n. c. Quoniam *singulare* non habet à parte rei *formam* singularitatis, cum sit relatio rationis: benè vero *album*:) *Vid. n. 537.*

ARTICULUS III.

Utrum detur Universale Scotisticum?

611 Prænot. 1. Scotistas pro *materiali* Universalis statuere naturam ex *natura rei* formaliter distinctam à singularibus & cæteris gradibus metaphysicis: pro *formali* autem *unitatem formalem*, per quam putant, quod Petrus *formaliter* sit *unus* homo cum Paulo, idque vel per *inexistentiam*, vel per *indifferentiam*.

612 Prænot. 2. Quod unitas sit triplex, *numerica* (quæ est indivisio rei in plura numero distincta) *formalis* (quæ est indivisio in plures naturas; estque vel generica, vel specifica) & *unitas præcisionis*: quæ est indivisio naturæ communis in sua inferiora. *Numericam* non esse formale universalis, certum est; quia *singularibus* tantum convenit. De *formali* dubium faciunt Scotistæ. Hos impugnat hæc

613 CONCLUSIO: Non datur Universale Scotisticum. Ita TT. & RR.

614 Prob. 1. Natura à singularibus ex *natura rei* formaliter *distincta* non est *materiale* Universalis (cum *talis* non detur; eo ipso, quod non detur distinctio Scotistica) Nec unitas *formalis* potest esse *formale universale*: quia hæc non reddit naturam *unam* (cum non faciat illam *indivisam* in individua, utpote in quibus à parte rei *actu* est *multiplicata*; eo ipso quod singularia multiplicata sint) ergo non datur: quia non habet partes.

615 Respondent aa. Naturam dividi & multiplicari tantum per *accidens*; per se autem & formaliter manere indivisam.

616 Contra est: *Singularia* multiplicantur per se: ergo & natura. c. c. Ad divisionem alicujus rei dividitur, quidquid cum illa identificatur; ergo. Deinde: etsi tantum per *accidens* di-

videretur & multiplicaretur, attamen *per se* non potest dici *una*: sicut Petrus casu accidentali mortuus, per se non manet vivus; ergo.

617 Prob. 2. Natura in Petro & Paulo non manet una per *inexistentiam*: quia aliàs in creatis daretur grandius mysterium quam in SS. Trinitate. Nec per *indifferentiam*; quia alioquin Petrus potuisset esse *idem* cum Paulo; eoquod potuissent esse *idem* cum tertio. Imo, sic natura realiter distingueretur à *Petreitate*, quia ab ea potuisset *separari*: ergo.

618 Objicies 1. *Natura* humana & *Petreitas* sunt perfectiones de se à parte rei *negabiles*: ergo distinguuntur ex natura rei formaliter. a. p. Possum dicere, *natura* Petri est communicabilis (: n. d. a. à parte rei n. per *abstractionem* intellectus c. :) *Petreitas* non est communicabilis; ergo.

619 Inst. Istæ propositiones, *Petrus est homo*, *Petrus est hic homo*, non sunt convertibiles (: à parte rei n. quoad *modum* concipiendi c. :) ergo homo *ut homo* non dicit singularitatem.

620 Ob. 2. urg. Si natura humana à parte rei est *singularitas*, tunc qui concipit hominem, non concepta singularitate, hoc ipso non concipit hominem (: *adequate* & secundum omnia, quæ habet à parte rei, c. *inadequate* n. :) quia non concipit id, quod cum homine est identificatum: atqui hoc videtur absurdum; ergo.

621 Dices: *Natura creata* est utique *minus* una (: ratione *singularitatis* n. ratione *compositionis*, *Logica* &c. c. :) quam natura *Divina*: atqui natura *Divina* est *una* numerice & *essentialiter*; ergo creata non est una *essentialiter*; consequenter *singularitas* ei non identificatur.

622 Ob. 3. *Natura* humana à parte rei *formaliter* est una in Petro & Paulo: quia sunt *unum* in natura (: *fundamentaliter c. formaliter* actu n. :) ergo est una per *unitatem formalem*, consequenter *hæc* est formale Universalis. c. p. Non est una per *unitatem numericam*; ergo per *formalem*.

623 Repones: Non est *una formaliter*; ergo est *diversa* formaliter (: n. c. Datur enim medium, nempe *fundamentaliter*; nam à parte rei non datur *species formalis*: cum sit terminus secundointentionalis :)

624 Ob. 4. inst. Quod non est divisum *formaliter*, est unum formaliter (: *unitate* convenientiæ & *similitudinis* c. *unitate idenitatis* n. :) atqui natura in Petro & Paulo non est *divisa* formaliter; quia non est *divisa* per principia formalia, eoquod eadem *specie* natura sit in Petro & in Paulo; ergo.

625 Reperes: *Natura* Petri & Pauli sunt *magis* unum (: id est magis *similes* c. sunt magis *idem* n. :) quam natura Petri & equi; ergo.

626 Urg. Quæ habent *distinctas* naturas (: *essentialiter* dissimiles c. *similes* n. :) illa distinguuntur *specie*: atqui Petrus & Paulus non distinguuntur *specie*; ergo non habent *distinctas* naturas.

Ob. 5.

627 Ob. 5. Distinctio, seu divisio *hacceitatum* non est opposita unitati formali (: convenientiæ & similitudinis c. unitati formali *identitatis* subd. directe c. *indirecte* n. :) ergo non potest tollere *unitatem* formalem *naturæ* in Petro & Paulo.

628 Inst. Si natura Petri distingueretur à natura Pauli, tunc distinguerentur inter se *numero*, atqui hoc dici non potest; ergo. m. p. Natura Petri in suo *esse formali* (: n. sup. quòd à parte rei *tale esse formale*, de quo quaritur, habeat :) nullam importat individuationem (: *formaliter* c. *realiter* n. :) ergo non distinguuntur *numero*.

629 Ob. 6. Inter Petrum & Paulum datur *relatio identitatis*: ergo etiam inter illos debet dari *unitas* (: similitudinis c. *unitas identitatis* realis n. :) c. p. Quia unitas est fundamentum relationis, ex dicendis n. 858.

ARTICULUS IV.

Num detur Universale Thomisticum?

630 Prænot. 1. Tres esse status, in quibus *natura* considerari potest: primus status *existentiæ realis*; quem res habet per sui productionem: secundus status *essentiæ*; in quo res consideratur secundum prædicata sua essentialia: tertius est status *præcisionis*, in quo natura, per intellectum ante præcisa, reflexe cognoscitur ut *una*.

631 Prænot. 2. *Unitatem* & *aptitudinem* aliam esse *remotam* & *negativam*; quam natura habet in statu *essentiæ*: aliam *proximam* & *positivam*; dum natura concipitur cum *actuali* respectu ad inferiora: quam habet in statu *præcisionis*.

632 CONCLUSIO I. Materiale proximum Universalis logici est natura in statu *essentiæ*. Ita T.T. contra R.R. *negantes præcisiones objectivas*.

633 Prob. 1. Natura in statu *essentiæ* est *proxime* apta ad recipiendum formale Universalis; cum in hoc statu importet perfectam *indifferentiam* (quia nec est *positive* una, nec *multiplex*) ergo *taliter* est materiale universalis.

634 Prob. 2. Materiale proximum universalis neque est natura ex *naturæ* rei *formaliter* distincta, ex n. 614. neque singularia *confuse* cognita, ex n. 594. neque in statu *existentiæ realis* (cum in hoc sit *actualiter* *multiplex*) neque in statu *existentiæ objectivæ* seu *præcisionis*; quia tunc jam est *formaliter* universalis: ergo est natura in *statu essentiæ*.

635 CONCLUSIO II. Formale Universalis logici est unitas *præcisionis intrinsecæ*, importans *aptitudinem proximam*. Ita communis T.T. ex S. D. 4. *met. lect. 4. c.*

636 Prob. 1. Quia per *hanc* natura fit *positive* una & *proxime* apta ad *essendum* vel *prædicandum* de multis; ergo. a. p. Non fit talis per *unitatem extrinsecam* R.R. nec per *unitatem formalem* Scotisticam: nec per *unitatem præcisionis negativam*; quia *hæc* potius est *indifferentia* ad *unitatem*, quam *unitas*: ergo.

R. P. A. Schnell, Phil. P. I.

Prob. 2. Formale Universalis est *forma relatiua*; ergo debet esse *intrinseca* *subjecto*; *qualiter* tamen non est *unitas præcisionis negativæ*.

638 Obicies 1. cont. 1. concl. Natura in *statu essentiæ* non est *realis*: ergo non est materiale Universalis; cum sic non possit inesse singularibus per *identitatem*. a. p. Cognoscitur *aliter* (: n. d. a. *positive* n. *præcisione* c. :) quam sit in se, aut esse possit à parte rei; ergo.

639 Ob. 2. Natura in *statu essentiæ* jam est *formaliter* universalis; ergo. a. p. Jam est *una* & *apta* (: *positive* n. *negative* c. :) ergo. a. p. In *statu essentiæ* nec est *multiplex*, nec *divisa*: item non est *inepta*; ergo.

640 Inst. Natura in *statu essentiæ* habet *unitatem formalem* (: *vi* cuius sit *indivisa*, in quæ *dividi potest* n. in quæ *dividi non potest* c. :) cum non sit *divisa* in *plures naturas*: ergo est *positiva* & *formaliter una*. Præsertim: quia in hoc *statu* jam est *præcisa* ab inferioribus (: *extrinsece* c. *intrinsece* n. :) ergo.

641 Ob. 3. *Omnia* singularia non sunt materiale Universalis: ergo nec natura in *statu essentiæ*. c. p. Quidquid *naturæ* in *statu essentiæ* convenit (: ab *intrinseco* & *ratione* sui c. tantum ab *extrinseco* & *ratione status* n. :) convenit *cuiuslibet contento* sub illa; ergo si singularia non sunt, nec natura in *statu essentiæ* est.

642 Urg. Quidquid *naturæ* in *statu essentiæ* convenit (: *ratione naturæ* c. *ratione status* n. :) id ei *intrinsece* convenit: atqui esse *materiale* universalis ei in *statu essentiæ* convenit; ergo *intrinsece*.

643 Ob. 4. Natura in *statu essentiæ* non potest prædicari de quovis individuo *identice*; ergo. a. p. Natura *omnium* hominum (: ut *contracta* c. ut *abstracta* n. :) non potest prædicari de Petro; aliàs esset *omnis* homo. Imo: alias Petrus esset homo *abstractus* (: si de Petro prædicaretur ipsa *abstractio*, c. si tantum *prædicata* *abstracta* n. nam terminus prædicat, quod significat:) ergo.

645 Clamas: De Petro prædicatur *tota* natura (: *intensive* c. *extensive*, n. :) ergo prædicantur omnia singularia.

646 Replicas: Si natura in *statu essentiæ* prædicatur *identice* de quolibet individuo, tunc omnia individua erunt *idem* *realiter* inter se: quia sunt eadem *unitertio* (: *communicabili* & *multiplicabili* in ipsis c. *secus* n. :) atqui hoc non admittitur; ergo.

647 Inst. In *prædicatione essentiali* prædicatum debet esse *idem* (: *realiter* & *fundamentaliter* c. *formaliter* n. alias esset *propositio identica* :) cum *subjecto*: atqui tantum natura *singularis* est *idem* cum Petro; ergo.

648 Ob. 5. cont. 2. concl. Unitas *præcisionis intrinsecæ* non facit naturam *positive* aptam & *unam*;

unam; ergo. a. p. Impedit, ne sit una in multis (: actu c. potentia n. :) eo ipso quod separet eam à multis; ergo.

649 Repones: Natura habens unitatem præcisionis intrinsecam est ens rationis (: quoad partem *materialem* n. *formalem* c. :) ergo non est apta prædicari de multis.

650 Ob. 6. Si formale universalis est relatio rationis, tunc non potest præcindi à suis inferioribus: atqui universale debet posse præcindi; ergo. S. M. p. Inferiora sic ingrediuntur conceptum Universalis (: in recto n. in obliquo c. :) cum *correlativa* sint simul re & ratione; ergo.

651 Ob. 7. Unitas præcisionis est tantummodo proprietatis universalis *logici*; ergo hoc non constituit. a. p. Unitas *realis* est tantum proprietatis *entis realis*: ergo etiam unitas *rationis* est præcise proprietatis *entis rationis* (: n. c. Quia unitas *rationis* involvitur in definitione entis *rationis* seu Universalis: non item unitas *realis* in definitione entis *realis* :))

652 Ob. 8. Unitas præcisionis est forma *singularis* in essendo (: ut quod c. ut quo n. :) quia producitur actione *singulari*: ergo non potest constituere universale formaliter (: n. c. Alioquin nec unitas seu *cognitio confusa* constituere posset; cum etiam sit *singularis* ut quod. Vel retorqueo: anima rationalis non est corporea ut quod; ergo non potest constituere formaliter corpus :))

ARTICULUS V.

Per quem actum intellectus fiat Universalis?

653 **P**renotandum: Intellectum alium esse *agentem*, alium *patientem*: Item actum intellectus alium esse *abstractivum*, alium *comparativum*, simplicem vel complexum. De quo videatur P. Renz d. 2, q. 5. a. 1. & 2.

654 **CONCLUSIO I.** Universale metaphysicum fit per actum *abstractivum* intellectus patientis. Est *communior* TT.

Probatur: Quia per hunc natura ponitur in statu essentiae; cum cognoscatur secundum se præcise; ergo. Quippe intellectus agens non est *cognoscitivus*: ex *Physica particulari* à n. 402.

655 **CONCLUSIO II.** Universale *logicum* fit per actum simplicem comparativum. Iterum *communior* TT.

656 Probatur: Relatio rationis, in qua consistit universale *logicum*, non potest fieri nisi per *comparationem*: ergo fit per actum comparativum; & quidem *simplicem*: quia actus comparativus complexus seu compositus facit naturam potius *actu prædicatam* quam prædicabilem: Si dicam e. g. *Petrus est homo*. Reflexe tamen potest quoque fieri per actum comparativum complexum, ut si dicam: *natura humana jam est abstracta* &c.

657 **P**renotandum: Quætionem potissimam esse de prædicatione *affirmativa*: nam quod in *negativa* maneat, scitur ex Summulis à n. 46.

Objicies 1. S. D. *opusc. 55*. ait: Universalis fit per *actionem intellectus depurantis* naturam à conditionibus materialibus (: R. d. M. *inchoative* & *remote* c. fit *proxime* n. :) atqui intellectus depurans est *agens*; ergo.

Ob. 2. Natura *realiter* abstracta, qualis esset *Platonica*, jam foret *logice* universalis (: t. ob dicta n. 582. :) ergo etiam *intentionaliter* abstracta (: n. c. Quia in priori casu diceret *relationem realem*, quæ fit posito fundamento proximo per *resultantiam*: in posteriori autem tantum dicit *relationem rationis*, quæ fit per *cognitionem*. Vid. n. 498. :))

Inst. Per actum *abstractivum* ponitur fundamentum proximum relationis rationis (: una cum *termino* n. sine *termino* c. sic etiam in relatione *reali*, nisi adsit terminus, non resultat relatio *realis* :) ergo & ipsa relatio.

Ob. 3. urg. Natura per actum *abstractivum* fit *referibilis* (: proxime n. *remote* c. :) ad inferiora; ergo est *logice* Universalis. c. p. Quia verba in definitionibus posita non dicunt actum (: nisi *actus* sit *differentia* definiti c. secus n. :) ergo.

Dices: Universale *Logicum* est duntaxat *unum aptum inesse*; ergo non requiritur ut actu respiciat multa (: n. c. Nam aliud est *in esse actu* multis, & aliud actu *respicere* multa :))

Ob. 4. inst. Natura non potest cognosci ut abstracta, nisi cognoscantur *inferiora* (: ut terminus à quo c. ut terminus ad quem n. :) ergo per actum *abstractivum* cognoscitur cum *actuali* ordine (: *positivo* n. *præcisivo* seu *negativo* c. :) consequenter est *logice* universalis.

Ob. 5. urg. Actus *abstractivus* ponit *ultimam* dispositionem in natura ad formam, sc. ad *relationem rationis*; ergo ponit ipsam *relationem* (: n. c. *Hec* enim non fit nisi *cognoscatur* :) c. p. Qui causat *ultimam* dispositionem ad formam (: *physicam* c. *intentionalem* n. :) quoque causat ipsam formam: ergo.

Ob. 6. cont. 2. concl. Per actum *comparativum simplicem* natura non fit proxime *prædicabilis*: ergo nec *logice* universalis. a. p. Per hunc non intelligitur *actualiter* identificata cum inferioribus; ergo non fit *logice* universalis. c. p. *Identificatio* prædicati cum subiecto est proximum fundamentum *prædicabilitatis* (: *actualis* n. *identificatio potentialis* c. Nam sicut *actualis* prædicatio fundatur in *actuali* identitate, ita *potentialis* in identitate *potentiali* :) ergo.

ARTICULUS VI.

Utrum Universalis in actuali prædicatione maneat?

667 **P**renotandum: Quætionem potissimam esse de prædicatione *affirmativa*: nam quod in *negativa* maneat, scitur ex Summulis à n. 46.

CON-

668 CONCLUSIO I. Universale metaphysicum non manet. Ita TT. contra TT.

669 Probatur 1. Quia natura in actuali prædicatione non manet abstracta & indifferens ad singularitatem; cum ad hanc per prædicationem contrahatur, & eidem realiter inesse affirmetur: Imo aliquod individuum distincte repræsentetur; ergo.

670 Respondent aa. 1. Contrahi solummodo ex parte *subjecti*, non ex parte prædicati.

Contra est: *Ipsum* prædicatum contrahitur; ergo natura etiam ex parte prædicati contrahitur. a. p. Quia supponit non distributive, sed determinate; ergo.

671 Respondent 2. Contrahi tantum extrinsece & per accidens, nempe vi singularitatis, cui extrinsece & per accidens conjungitur.

Contra est: In actuali prædicatione concipitur essentialis identitas, non tantum realiter sed etiam intentionaliter; quia natura debet prædicari cum sui multiplicatione: ergo contrahitur intrinsece. Deinde: etsi contraheretur tantum extrinsece, tamen non maneret absolute universalis: ergo. Instantia est n. 616. :)

672 CONCLUSIO II. Nec Universale logicum manet. Iterum TT. contra TT.

Probatur: Quia hoc supponit Universale metaphysicum; cum huic superaddat unitatem præcisionis & aptitudinem proximam; ergo. Adhæc in actuali prædicatione perit constitutum Universalis logici, sc. unitas præcisionis, (eoquod natura per prædicationem dividatur in sua inferiora) ergo & ipsum universale.

673 Objicies 1. cont. 1. concl. In actuali prædicatione prædicatur natura abstracta (: *q. d. a. quoad prædicata essentialia c. quoad statum abstractionis n. :*) ergo manet universale metaphysicum. a. p. Ex parte prædicati natura abstracta significatur (: tanquam prædicatum intrinsecum & essenziale n. tanquam extrinsecum & accidentale c. :) ergo & prædicatur. c. p. Terminus idem prædicat, quod significat (: ita ut omne illud in actuali prædicatione maneat n. ut maneant tantum prædicata essentialia c. :) ergo.

674 Ob. 2. Natura non contrahitur in actuali prædicatione per hæcitatatem; ergo manet universalis. a. p. Hæcitas est extra conceptum objectivum natura (: antecedenter ad actualem prædicationem c. in actuali prædicatione n. quippe in hac hæcitas rursus naturæ intentionaliter identificatur :) ergo non contrahitur. Deinde: in actuali compositione physica manent materia & forma actu distinctæ: ergo etiam in actuali compositione logica & intentionaliter distinctæ (: n. c. Quia compositio intentionalis est identificatio. :)

675 Ob. 3. Si in hac propositione, Petrus est homo, ex parte prædicati repræsentatur singula-

ritas, erit propositio identica, similis huic Petrus est hic homo: atqui hoc non potest dici, ergo. S. M. p. Quia inter prædicatum & subjectum esset omnimoda identitas (: actualis c. virtualis n. :) Imo sic non amplius prædicatur superius (: consecutive seu manens superius c. præsuppositive n. :)

Ob. 4. Natura in actuali prædicatione ad huc manet prædicabilis de multis (: vi ejusdem abstractionis n. de novo factæ c. :) ergo. a. p. natura prædicata de Paulo adhuc est prædicabilis de Petro; ergo.

Ob. 5. cont. 2. concl. Universalis logica per actualem prædicationem actualiter exercetur (: exercitio perfectivo n. destructivo c. Sic donatio est actus domini destructivus, ex tr. de Fur. n. 114. :) atqui potentia (: positiva c. privativa n. :) non destruitur per exercitium; ergo.

Ob. 6. Actualis prædicatio natura universalis utique est absolute possibilis (: ita ut maneat universalitas n. ut non maneat c. Sic divisio bipalmi est possibilis, ita tamen ut divisibilitas in duos palmos non maneat :) ergo.

Inst. Frustra est potentia, quæ non potest redigi in actum (: in nullo sensu c. in sensu saltem diviso n. alias potentia divisibilitatis bipalmi esset frustranea :)

Urg. Bipalmus etiam dum actu dividitur, actu est divisibilis (: secundum illas partes, in quas jam est divisus n. secundum alias c. :) ergo & natura, dum actu prædicatur, est actu prædicabilis (: n. c. quia per modum indivisibilis prædicatur :) Vid. P. Ruedorffer. hic à n. 25.

ARTICULUS VII.

Quot sint Universalia?

CONCLUSIO: Quinque: Genus, Species, Differentia, Proprium, & Accidens. Est communis. 681

Probatur: Quia quinque tantum sunt modi, quibus unum potest inesse vel prædicari de multis: nempe tres essentialiter (dum prædicatur vel tota essentia? & est species: vel tantum pars essentia, eaque vel contrahibilis? & est genus: vel contrahens? & est differentia) Et duo accidentaliter; dum sc. aliquid, quod est extra rei essentiam prædicatur vel necessario & convertibiliter? & est proprium: vel mere contingenter? & est accidens; ergo Universalia sunt quinque, tanquam species mediate: nam immediatius Universale dividitur in essenziale seu in quid, & in accidentale seu in quale. ex n. 685.

Objicies 1. Etiam analogum, individuum vagum, & definitio insunt & prædicantur de pluribus (: *q. d. univoce* & per modum universalis n. quomodocunque c. :) uti & existentia & mors (: pertinent ad quintum præ-

dicabile :) & tamen ad nullum universale ex enumeratis pertinent; ergo dantur plura.

683 Ob. 2. Differentia generica & *specifica* facit duo prædicabilia: ergo sunt plura, quam quinque. a. p. Genus & *species* faciunt duo; ergo & differentia generica ac *specifica* (: n. c. Quoniam utraque prædicatur *eadem* modo, nempe in *quale quid*, & tanquam aliquid *perfectivum* & *determinativum*; non sic genus, quod prædicatur ut pars contrahibilis, species verò ut tota essentia?)

684 Ob. 3. Sunt decem *prædicamenta*: ergo & decem *prædicabilia*. c. p. Modus *prædicandi* sequitur modum *essendi* (: ut *superius* in inferiori c. modum *essendi per se*, vel *in alio* ut in *subiecto inhesionis n.*) ergo.

685 Ob. 4. Quidquid *prædicatur* vel *essentialiter*, vel *accidentaliter* prædicatur: ergo duo tantum sunt *prædicabilia* (: tanquam *species immediata* & *subalterna c. mediata* & *infima n.*)

686 Repones: Genus subdividitur in *supremum*, *medium*, & *infimum* (: si sumatur *materialiter* pro natura c. si *formaliter* & quoad modum *prædicandi n.*) ergo sunt plures *species infimæ*.

687 Quæres 1. Quid sit prædicari *in quid*, & *in quale*? R. Illud prædicatur *in quid*, quod effertur nomine *substantivo*: Illud *in quale*, quod nomine *adjectivo*: & si sit *idem* cum *essentia* in re (ut *rationale cum homine*) dicitur *prædicatio in quale quid*: si vero non sit *idem*, est *prædicatio in quale tantum*; idque vel *necessario*, ut homo est *risibilis*; vel *accidentaliter* ut homo est *albus*.

688 Quæres 2. Quodnam sit *Definitum*, quando *Universale* definitur? R. *Concretum ex natura* & *universalitate* (quia huic convenit *definitio*) ita tamen, ut *secunda intentio* sit *definitum principale* (quia est *forma principaliter intenta*) & *formale ut quo* (quia *ratione hujus definitio* convenit *definito materiali*, vid. *naturæ*) *natura* autem sit *definitum ut quod*: quia est *denominatum* & *susceptivum hujus formalitatis* seu *secundæ intentionis*.

689 Quæres 3. An *universale* in *communi* sit *genus univocum* ad quinque *universalia*? R. *Affirmative*: quia de iis, tanquam *membris specie* differentibus (cum *singula diversum modum prædicandi* habeant) prædicatur *in quid*. Etenim *interroganti* de unoquoque eorum, quid sit? optime respondetur: esse *Universale*; ergo est *genus*. Et quidem *univocum*: quia sub *eadem* *ratione* prædicatur de omnibus quinque *Universalibus*; siquidem quodlibet sit unum *aptum inesse* vel *prædicari* de pluribus; ergo. Vid. P. Babenstuber in *Philos. Salisburg. Tr. de Univoc. D. 2. a 7.*

DISPUTATIO II.

DE UNIVERSALIBUS IN SPECIE.

Expeditis *Universalibus* in *communi*, nunc procedimus ad illa in *particulari* consideranda. Et quia *horum* quinque esse diximus, in prima *Quæstione* attingemus tria priora, utpote quæ prædicantur *essentialiter*: in *secunda* deinde duo ultima, quæ tantummodo *accidentaliter* prædicantur.

QUÆSTIO I.

DE TRIBUS PRIMIS UNIVERSALIBUS.

ARTICULUS I.

Quid sit Genus?

Prænotandum: Genus hic sumi pro eo, quod sub se continet plures *species*. Dividitur in *summum* (quod non habet aliud supra se; talia *summa genera* sunt 10. *prædicamenta*; de quibus in *sequenti tractatu*) *medium* seu *subalternum* (quod continetur sub alio & rursus continet alia, ut *vivens*) & *infimum*: quod sub se nullum aliud *genus*, ut *animal* &c. Nunc sit

CONCLUSIO: Genus est unum *aptum inesse* vel *prædicari* de pluribus *specie* differentibus *in quid* incomplete. Ita *communis Philosophorum*.

Probat: Hæc *definitio* constat debito *genere* & *differentia*: ergo est *bona*. a. p. *Particula unum aptum* ponitur loco *generis*: reliquæ autem loco *differentiæ*; ergo. *In quid* denotat, quod prædicetur *essentialiter*, & quidem per modum *substantivi*.

Objicies 1. Genus non potest *definiri*; ergo. a. p. *Alias idem* *definiretur* per seipsum (: *eadem* modo *spectatum n. diverso c.* Nam *genus in communi* *definitur* per *genus in particulari* :) ergo. Deinde: quod *definitur*, debet esse *species* (: *essentialiter c. accidentaliter* & *denominative*, si nimirum *comparetur* per *novam intentionem* ad *universale* in *communi* tanquam *inferius*, n. Sic *homo* *essentialiter* est *animal*, & tamen *denominative* est *species* :) ergo.

Ob. 2. Genus in *communi* est *summum* *genus*: ergo non potest *definiri*. c. p. *Summa genera* non habent *supra se* (: quatenus sunt *naturæ reales* & *sumuntur primo intentionaliter c. quatenus sunt genera denominative* & *secundo-intentionaliter n. taliter enim supra se habent genus ut sic* :) per quod *definiuntur*; ergo.

Ob. 3. Genus potest *prædicari* de pluribus etiam *genere* differentibus (: quatenus *genera*

nera sunt n. quatenus sunt species c. :) sic substantia prædicatur de Angelo & lapide. Imo etiam de numero differentibus (: immediate n. mediante specie c. :) sic animal prædicatur de Petro & Paulo: ergo non tantum de specie differentibus.

695 Inst. Substantia est genus, quantitas est genus &c. sunt veræ prædicationes (: primi prædicabilis seu generis n. quinti prædicabilis seu accidentis c. :) ergo genus prædicatur de pluribus genere differentibus ut genera sunt; quia substantia, quantitas, sunt summa genera.

696 Repones: In ista prædicatione, hoc animal est animal, animal immediate prædicatur de individuo (: completo n. incompleto c. :) ergo genus potest prædicari immediate de individuis (: completis n. incompletis subd. quatenus formaliter genus est n. quatenus denominative est species c. :) seu numero differentibus.

697 Urg. Istæ prædicationes, hoc genus est genus, illud genus est genus, utique sunt immediate (: generis n. sunt prædicationes speciei c. :) ergo.

698 Ob. 4. Definitio generis non convenit soli generi; ergo. a. p. Ens in communi etiam prædicatur de pluribus specie differentibus in quid (: secundum unam simpliciter rationem n. secus c. :) uti & differentia (: in quid n. quale quid c. :) Imo etiam accidens, ut color de albedine & nigredine: atqui color est accidens (: comparative ad subjecta, quibus inhaeret c. comparative ad sua inferiora, ut sunt nigredo, albedo, n. sic enim est genus :) ergo.

699 Quæres 1. An genus prædicetur ut totum? vel ut pars? R. Ut totum potentiale: quia sic continet omne id, quod dicit species. Nam quatenus est totum actuale non respicit inferiora: quatenus vero est pars, non potest prædicari de toto, quale est species.

700 Dices: Genus prædicatur incomplete; ergo prædicatur ut pars (: ex parte ejus quod explicat c. ex parte ejus quod significat n. :) & non ut totum. Item: Genus componit totum, sc. speciem; ergo non est totum (: sub ea ratione, sub qua componit c. sub qua non componit, quatenus nempe ex modo significandi dicit totam quidditatem, n. :)

701 Quæres 2. An genus salvari possit in unica tantum specie? R. Quod non, saltem si sumatur metaphysice, prout est gradus potentialis & contrahibilis: quia sic non esset potentius & latius patens, quam ipsum contrahens.

702 Oppones: Si daretur unica duntaxat species animalis, homo v. g. eadem definitione definiretur, qua nunc: quia non haberet aliam essentiam (: physicam quantum ad corpus & animam c. logicam seu metaphysicam n. nam animal tunc non amplius esset genus, sed vivens :)
R. P. A. Schnell, Philos. P. I.

atqui nunc definitur per animal tanquam superior sc. genus; ergo.

Insurges: Essentia physica & metaphysica 703 non distinguuntur (: primo intentionaliter & quoad rem c. secundo intentionaliter & quoad rationem denominativam generis n. :) ergo si homo in facta hypothese habet eandem essentiam physicam, etiam habet eandem metaphysicam.

Regeres: Potentialitas materiæ, cœlestis 704 saltem, salvatur in unica forma; cum unius tantum sit capax: ergo & potentialitas generis salvabitur in unica specie (: n. c. Quia potentialitas materiæ cœlestis & potentialitas actualisationis: potentialitas generis verò extensionis ad multa: consequenter in unica specie non salvatur :) Vid. P. Renz hic a. 4. &c.

ARTICULUS II.

Quid sit species? & Individuum?

Prænotandum: Speciem dicere duplicem respectum, ad Genus nempe tanquam superior (sic dicitur species subjicibilis) & ad individua seu inferiora: & sic dicitur species prædicabilis. Præterea, species alia est, subalterna (quæ sub se adhuc continet species essentialiter diversas) alia infima, seu atoma; de qua solummodo loquitur præsens

CONCLUSIO. Species est unum aptum 706 inesse vel prædicari de pluribus solo numero differentibus in quid complete. Iterum communis.

Probatur: Priores particulae occupant locum generis: posteriores autem locum differentia; nam sola species prædicatur complete, id est, per modum totius essentiae: ergo.

Objicies 1. Deus quoque prædicatur de 707 tribus personis numero differentibus (R. d. cum sui multiplicatione n. secus c. :) Item: animal de Petro & Paulo (: immediate n. mediante specie, vid. homine, c. :) ac materia & motus de hac & illa materia & motu (: sunt entia incompleta :) atqui nihil ex recensitis est species; ergo male definitur.

Quæres 1. Quanam species constituat 708 hoc secundum prædicabile? R. Prædicabilis; quia hæc tantum respicit sua inferiora: non verò subjicibilis; cum hæc respiciat solum genus, cui subjicitur; ergo.

Oppones: Species qua subjicibilis subjicitur 709 generi; ergo quatenus talis est universale (: fundamentaliter & materialiter c. formaliter n. :)

Repones: Species, quatenus subjicibilis, 710 prædicatur de multis (: accidentaliter & denominative c. essentialiter & in quid n. :) nempe de hac & illa specie subjicibili; ergo est universalis (: universalitate accidentis & velut quintum prædicabile c. universalitate speciei n. :)

Quæres 2. Utrum ratio speciei salvari possit 711 in unico individuo?

712 **R.** 1. Quod sic, si species sumatur metaphysice: quia sic est totum *actuale*, constans genere & differentia; quod totum salvatur in unico individuo: ergo.

712 Dices: Genus metaphysice spectatum non salvatur in unica specie, ex n. 701. ergo nec species in unico individuo (: n. 5. Nam genus est totum *potentiale* per plures differentias perfectibile: species autem est totum *actuale* :)

713 **R.** 2. Species logice spectata non salvatur in uno individuo: quia talis species non potest comparari ad *plura* inferiora, utpote impossibilia. Hinc natura Angelica, etsi possit fieri universalis metaphysice: Imo etiam logice *universalitate generis* (siquidem possit prædicari de pluribus specie differentibus) attamen non potest fieri universalis *universalitate speciei*; eoquod plures Angeli solo *numero* distincti sint impossibiles; quia non habent materiam, ex *tr. de Angel. à n. 26.*

714 Replicas: Natura S. Michaëlis utique potest concipi sine singularitate: ergo potest fieri universalis (: *metaphysice c. logice n.* quia non potest concipi *cum ordine* ad plura inferiora :)

715 Reclamas: Natura Angelica potest esse species *subijcibilis*; ergo etiam *prædicabilis* (: n. 5. Quia *supra* se habet quidem *genus*, nempe Angelum ut sic: non verò *infra* se habet plura *individua* :) consequenter logice universalis.

716 Quæres 3. Quid sit Individuum? **R.** 1. *Primo-intentionaliter* spectatum est *indivisum in se, & divisum à quolibet alio.* Logice & secundo-intentionaliter autem est id, quod de *uno solum* prædicatur. Vel quatenus est *subijcibile*, est id, quod *immediate subijcitur speciei infima.*

717 Estque duplex, *substantiale*, ut Petrus; & *accidentale*, ut hæc albedo. Utrumque dividitur in *vagum* seu indeterminatum, & *determinatum.*

718 Regeres: Possum dicere, *Petrus* est individuum, *Pavulus* est individuum; ergo individuum potest prædicari de *pluribus* (: quoad *nomen c.* quoad *naturam* individualizatam n. :)

ARTICULUS III.

Quid sit Differentia?

719 **P**ænotandum: Hic agi de differentia propriissima, vi cujus unum differt ab altero per quid *essentiale*. Dividitur in *divisivam*, quæ genus dividit: & in *constitutivam*, quæ speciem constituit. Estque *suprema*, ut corporeum; *media*, ut sensitivum; & *infima*, ut rationale.

720 **CONCLUSIO:** Differentia, est *unum aptum* prædicari de pluribus specie, vel numero differentibus in *quale* quid *incomplete*. Rursum communis.

Probat: Prioribus particulæ iterum stant loco generis; & posteriores loco differentia:

quia sola differentia prædicatur in *quale necessario*, id est *essentialiter* & per modum adjacentis & qualificantis: ergo.

721 Quæres 1. Per quem respectum differentia constituitur in ratione *Universalis* & tertii prædicabilis?

R. Per respectum ad *individua* speciei: quia respectu horum se habet ut *superius* ad inferius; non verò respectu generis, vel speciei, aut alterius differentia: ergo.

722 Quæres 2. An differentia *inferior* formaliter includat superiorem? vel genus? **R.** Negative. Ratio primi est: quia potest perfecte præscindi & cognosci sine superiore. Ratio secundi est: quia omnis pars *formaliter* excludit suam *compartmentem* (secus esset æqualis toti) *qualis* respectu differentia: est genus. Imo nec genus includit differentias *actu*; quia aliàs includeret opposita. Et sic, de quocunque diceretur *animal*, de eodem diceretur simul *rationale*, & *irrationale*.

Dices: *Rationale* est substantia (: *completa*, 723 & in sensu *formali n.* *incomplete* & in sensu *reali c.* :) atqui rationale est differentia inferior, & substantia (: *completa c.* *incomplete n.* :) est genus; ergo differentia inferior includit genus. Præterea: omnis substantia (: *completa c.* *incomplete*, ut est rationale n. :) vel est corporea, vel incorporea: ergo rationale, utpote substantia, est *corporeum* (: in sensu *reali* ut quo c. secus n. :) consequenter includit differentiam superiorem.

QUÆSTIO II.

DE DUOBUS ULTIMIS UNIVERSALIBUS.

ARTICULUS I.

Quid sit Proprium?

Pænotandum: Proprium esse quadruplex. 724
1. quod convenit *soli*, sed non *omni*, ut esse Logicum. 2. Econtra, quod convenit *omni* sed non *soli*, ut esse bipedem 3. quod convenit *omni* & *soli*, sed non semper, ut ride-re. 4. quod convenit *omni*, *soli*, & *semper*, ut esse risibilem; si sumatur *primo* intentionaliter.

725 **CONCLUSIO:** Proprium *secundo-intentionaliter* spectatum est *unum aptum* prædicari de pluribus specie vel numero differentibus, in *quale necessario*. Ita omnes:

Probat: Quoad particulas priores convenit; quoad posteriores autem differt à reliquis universalibus; nam solum *proprium* prædicatur in *quale necessario*: quia tria prima prædicantur in *quid*, & accidens in *quale contingenter*: ergo.

726 **Objicies 1.** Quod est commune pluribus (: **R.** d. *non* convenientibus in una essentia c. *conve-*

convenientibus n. :) non est proprium; ergo male definitur, esse id, quod prædicatur de pluribus. a. p. Commune & proprium sibi opponuntur; ergo.

727 Ob. 2. Etiam accidens prædicatur in quale necessario; quia necessario inest alicui (: ut subiecto *inhesionis c.* ut subiecto *emanationis n. :*) ergo & necessario prædicatur.

728 Quæres: Per quem ordinem Proprium constituatur in ratione quarti prædicabilis? R. Per ordinem ad *individua speciei*: quia de his tantum, tanquam de *inferioribus* prædicatur ut quid superius. Quippe respectu *speciei* se habet ut *æquale*: respectu *hujus* vel illius risibilis verò prædicatur in *quid*: ergo in ordine ad individua &c.

729 Dices: Proprium prius convenit speciei (: ut *superiori n.* ut *æquali c.* :) quàm individuis: ergo etiam de ea prius prædicatur, & constituitur.

ARTICULUS II.

Quid sit Accidens?

730 **P**RAnotandum: Accidens aliud esse physicum seu *prædicamentale*, quod opponitur *substantiæ*; & est ens in hærens alteri velut subiecto. Aliud logicum seu *prædicabile*, quod opponitur *essentiæ*, & est id, quod potest *abesse vel adesse sine subiecti destructione*; si primò intentionaliter sumatur.

731 **CONCLUSIO**: Accidens secundo-intentionaliter spectatum, est *unum aptum prædicari de pluribus specie vel numero differentibus in quale contingenter*. Iterum communis.

732 Obijcies I. Universale debet esse quid abstractum (: R. d. M. id est, debet esse *terminus abstractus n.* id est, debet esse *præcisum* ab inferioribus c. :) atqui accidens, album v. g. non est quid abstractum; ergo.

733 Ob. 2. Accidens cum subiecto non est *idem* (: *essentialiter c.* *denominative n.* vel quoad *rectum* prædicati n. quoad *obliquum c.* Nam e. g. *murus est albus*, resolvitur *murus est habens albedinem*: ubi *murus* & *habens* utique sunt *idem* :) ergo non est prædicabile. a. p. Subiectum sæpe est substantia: ergo.

734 Ob. 3. Accidens *necessario* est in subiecto (: *necessitate orta ex conditione subiecti n.* ex *conditione ipsius accidentis c.* :) ergo prædicatur *necessario*: & non *contingenter*.

735 Ob. 4. Dantur accidentia, quæ non possunt abesse sine subiecti *destructione* (: *physica c.* *metaphysica n.* :) ut *mors* &c. ergo accidens male fuit definitum primo - intentionaliter.

736 Ob. 5. Dantur accidentia, quæ etiam per intellectum non possunt abesse; ergo. a. p. Albedo nec per intellectum potest abesse à cygno

(: *spectato quoad existentiam, c.* quoad *essentiam n.* :) ergo.

Inst. Calor in fornace Babylonica fuit 737 *separatus* ab igne (: quoad *actualement inherentiam t.* quoad *exigentiam naturalem n.* :) sine destructione ignis: ergo verum non est, quod sublato *proprio* tollatur consecutive ipsum subiectum.

Quæres: Per quem ordinem Accidens constituitur in ratione quinti Prædicabilis? R. Per ordinem ad illa subiecta, de quibus dicitur *accidentaliter & denominative*, seu quæ denominat, ut respectu Petri, lactis, nivis &c. Quia tantum respectu *horum* prædicatur in *quale contingenter*, non vero de propriis *inferioribus*; eo quod quodvis album *essentialiter* involvat albedinem.

Dices: Omne accidens (: in *abstracto c.* 739 in *concreto n.* :) est genus vel species: ergo non potest facere distinctum prædicabile.

Repones: Accidentia Eucharistica, uti & 740 albedo ab omni subiecto abstracta, adhuc sunt quid singulare: ergo accidens non fit universale per *abstractionem* à subiecto (: *solam c.* per *abstractionem* simul ab *individuis n.* Nam in eodem termino *albo* fiunt duo universalia; unum respectu hujus vel illius numero *albedinis*, & est species: alterum respectu hujus vel illius *albi*, & est hoc quintum & ultimum universale :) *Vid. P. Renz hic a. 3.*

TRACTATUS IV.

DE PRÆDICAMENTIS.

DISPUTATIO I.

DE PRÆDICAMENTIS IN GENERE, ET DUOBUS IN SPECIE.

PRædicamenta (quæ *Aristoteles* græco vocabulo appellavit categorias) nil aliud sunt quam certæ series & classes, in quas *ipse* res omnes digessit, substantiam ab accidentibus, & hæc ab invicem separando, ut sic facilius cognosci, definiri, & dividi possent. Materiam hanc omnem in duas Disputationes constringimus; in hac prima acturi de prædicamentis in genere & duobus primis in specie: in secunda deinde de residuis.

QUÆSTIO I.
DE PRÆDICAMENTIS
IN GENERE.
ARTICULUS I.

Quenam conditiones requirantur, ut
quid directe ponatur in prædicamento?

741 **P**rænotandum 1. Quia Aristoteles, antequam tractet de ipsis prædicamentis prius agit de *Ante-prædicamentis*, ideo hæc etiam à nobis hic attingi. Nomine *Ante-prædicamentorum* itaque intelliguntur quædam præambula ad cognitionem prædicamentorum necessaria. Suntque *Univoca* (quorum nomen commune est; ratio vero substantia, id est essentia seu quidditas, per nomen significata perfecte eadem) *Equivoca* (in quibus omnino est diversa) *Analogæ* (in quibus ratio per nomen significata partim est eadem, partim diversa) & *Denominativa*: quæ ab aliquo nominis appellationem habent ita, ut tamen casu (id est, vocis desinentia) differant.

742 **P**rænot. 2. Quod Prædicamentum sit apta coordinatio generum & specierum sub uno summo genere. Adeoque poni in prædicamento nil aliud est, quam poni in dicta coordinatione. Quod tripliciter fieri potest, *directe* (ut genera & species) *indirecte* (ut differentia) & *reductive*, ut entia *incompleta*, negationes, & privationes &c.

743 **CONCLUSIO**: Ad hoc, ut ponatur aliquid in prædicamento directe, requiruntur hæ septem conditiones:

Vox una, & simplex, rebus concinna locandis: Entia per se se, finita, realia, tota.

Probatur, *Terminus*, significans rem in prædicamento ponendam, imprimis debet esse vox una, id est univoca; quia quæ non habent unum simpliciter conceptum, non possunt esse in uno prædicamento; unde excluduntur *equivoca* & *analogæ*. 2. Debet esse simplex: quia alias non significaret unam simplicem rationem genericam vel specificam; hinc removentur complexa & concreta accidentalia &c. 3. *Terminus* ille debet rem prædicamentalem ita representare, prout est collocabilis in prædicamento; id est, substantia debent exprimi termino concreto (quia in abstracto sunt quid incompletum) *accidentia* autem termino abstracto: quia in concreto faciunt ens per accidens. 4. *Res* ibi ponenda debet esse ens per se, quia ens per accidens proprie non est unum sed plura entia, adeoque non potest poni in uno tantum prædicamento. 5. *Finita*: quia series prædicamentalis consistit in coordinatione gradus determinabilis & determinantis per differentias; quod repugnat enti infinito. 6. *Realis*: quia inter ens & non-ens non datur univocatio. 7. *Tota*: quia quod ponitur in prædicamento debet substantive significare, & in quid prædicari posse; ergo debet esse ejusmodi ens, quod saltem quoad modum significandi habeat rationem totius.

Obicies 1. *Accidentia* ponuntur directe in prædicamento: atqui hæc non sunt entia per se (: *q. d. m.*, id est, existunt in alio c. id est, sunt composita ex rebus ad diversa prædicamenta spectantibus n. :) ergo.

Ob. 2. inst. *Petrus* est compositus ex rebus ad diversa prædicamenta spectantibus: atqui *Petrus* directe ponitur in prædicamento (: tanquam prædicabile per modum generis vel speciei n. tanquam fundamentum prædicabilium c. :) ergo.

Ob. 3. *Accidentia* in abstracto sunt entia incompleta: atqui hæc ponuntur in prædicamento; ergo. *M. p.* Ordinantur ad componendum aliud (: tanquam ens per se n. per accidens c. :) sc. concretum; ergo.

Ob. 4. *Differentia* tantum indirecte ponitur in prædicamento; ergo etiam *genus*. c. p. *Genus* quoque est pars speciei & quid incompletum (: ex parte quod explicat c. ex parte, quod significat, n. Nam *genus* ex parte modi significandi concipitur ut totum per se stans; quia prædicatur in quid de individuo tanquam ente completo :) ergo.

ARTICULUS II.

Quot sint prædicamenta? Et quomodo inter se distinguantur?

CONCLUSIO I. Prædicamenta sunt 10. sequenti disticho expressa:

Arbor, (substantia) *sex* (quantitas) *servos* (relatio) *ardore* (qualitas) *refrigerat* (actio) *ustos* (passio) *Cras* (tempus seu quando) *ruri* (locus) *stabo* (situs) cum *tunicatus* ero (habitus.)

Probatur: Quia tot sunt modi essendi in substantia prima; nam quidquid est in Petro, vel ipsum substantialiter constituit? & est substantia: vel accidentaliter perficit, substantiam extendendo? & est quantitas: vel qualificando? & est qualitas &c. ergo.

CONCLUSIO II. Non omnia Prædicamenta inter se distinguuntur realiter, sed aliquaduntaxat virtualiter. Est communior.

Probatur: Tum quia *relatio* non distinguitur à fundamento, quod sæpe est substantia: nec *locus* à quantitate, nec *actio* à passione. Tum quia in eadem realiter re, si secundum diversas rationes consideretur, possunt ab intellectu constitui diversa series prædicamentorum superiorum & inferiorum; ergo.

Obicies 1. cont. 1. concl. *Substantia Angelorum & cælorum* sunt omnino diversa à substantiis sublunaribus & corruptibilibus (: *q. d. a. physice*, c. sunt diversæ logice n. quia in ratione communi substantia conveniunt :) ergo constituunt novum prædicamentum substantiæ.

Dices: Toto genere (: *physico* sc. materia c. *logico* n. :) differunt; ergo univoce non conveniunt.

Inst.

752 Inst. Licet *substantia* & *accidens* in ratione *entis* convenient, tamen constituunt *diversa* prædicamenta: ergo pariter licet *substantiæ celestes* & *sublunares* in ratione communi *substantia* convenient, nihilominus constituent *diversa* prædicamenta (: n. c. Quoniam hæc convenient *in voce*: *substantia* autem & *accidens* duntaxat analogice :)

753 Ob. 2. Denominationes *extrinsecæ* non continentur inter enumerata 10. prædicamenta (: si sumantur in *abstracto* n. in *concreto* subd. *directe* c. *indirecte* n. :) ergo sunt plura.

754 Ob. 3. cont. 2. concl. Omnia prædicamenta distinguuntur inter se *genere* (: *physico* & *realin.* *logico* & *intentionali* c. :) ergo realiter distinguuntur. a. p. Sunt primo *diversa* (: *logice* c. *physice* n. :) ergo consequenter realiter distinguuntur: quia, quæ *genere*, etiam *specie* & *numero* differunt (: *formali* c. *reali* semper n. :)

755 Ob. 4. Divisio decem prædicamentorum utique est *realis* (: ex parte *rei* *divisa* c. ex parte *modi* *dividendi* n. :) ergo. a. p. Adens *reale* sequitur *divisio* seu *distinctio* *realis* (: n. hoc; alias quando homo dividitur in *animal* & *rationalale*, esset *distinctio* *realis* :) ergo.

756 Ob. 5. Omnia prædicamenta inter se *essentialiter* differunt (: *actu* n. *fundamentaliter* c. :) ergo realiter differunt. a. p. Habent *diversas* definitiones; ergo. Deinde: Prædicamenta magis *disconveniunt* (: secundum *entitatem* *physicam* n. secundum *formalitatem* *logicam* c.) quàm Petrus & Paulus: atqui hi *disconveniunt* *realiter*; ergo & prædicamenta.

QUÆSTIO II.

DE PRÆDICAMENTO SUBSTANTIÆ.

ARTICULUS I.

Quid sit? & in quo formaliter consistat?

757 **P** Rænotandum: *Substantiam* duo munera habere, sc. *subsistere* in se, & *substare* aliis. In quo ex his formaliter consistat? an in *negatione* essendi? quæritur. Responsionis loco sit

758 **CONCLUSIO**: *Substantia* essentialiter non constituitur per hoc, quod *subsistat* accidentibus: nec per *negationem* essendi in alio: sed quod *subsistat* per se: sicque recte definitur, quod sit *ens per se existens*. Ita *TT. ex S. Th. op. 18. de prædic. c. 2.*

759 Probatur 1. pars: Quia *substare* non est primum, quod concipitur in *substantia*: sic in columna *substare* est præcise quid *secundarium*: ergo.

Prob. 2. pars: *Ens positivum* (ut est 760 *substantia*) non potest constitui per *negationem*; ergo.

Prob. 3. pars: *Substantia* per *subsistere* 761 distinguitur ab omni alio, præsertim ab *accidente* (quod est *ens existens in alio*) ergo & constituitur.

Objicies 1. *Substantia* dicitur à *substando*: 762 ergo per hoc constituitur (: *ry. n. c.* Alioquin *Sol* constitueretur per hoc, quod esset *solus* :)

Ob. 2. Aristoteles hic c. 1. definit *substantiam* per *negationem* (: *rigorose* n. definit tantum *descriptive* c. :) ergo.

Ob. 3. *Forma leonis* non existit per se, sed 764 in alio, sc. in *materia* (: ut in *subjecto inhesionis* n. *informationis* c. :) ergo non omnis *substantia* existit per se; consequenter &c.

Ob. 4. *Humanitas Christi* non existit per se, sed in *supposito Divino* (: tanquam in *subjecto inhesionis* n. tanquam in toto *metaphysico* c. :) ergo non omnis *substantia* existit per se. Deinde: *accidentia Eucharistica* quoque existunt per se, & sine *subjecto* (: *actu* c. *aptitudinaliter* & *exigitive* n. :) ergo non sola *substantia*.

Ob. 5. *Substantiæ universales* sunt veræ 766 *substantiæ*: atqui hæc non existunt per se, sed solummodo in *singularibus* (: tanquam *subjecto inhesionis* n. tanquam in *subjecto prædicationis* c. :) ergo. Insuper: quælibet *substantia* creata existit per Deum (: tanquam per *causam efficientem* & *conservantem* c. tanquam per *subjectum inhesionis* n. :) ergo non per se.

Quæres 1. Quotuplex sit *substantia*? *ry.* 767 Alia est *completa*, ut *homo*: alia *incompleta*, ut *materia*. *Completa* subdividitur in *primam*, quæ est *suppositum singulare*: & in *secundam*, quæ est *substantia universalis*. Hæcque *divisio* est *adequata*; quia omnis *substantia prædicamentalis* vel est *particularis*, nempe ipsa *individua*, quæ ponuntur in *basi* hujus *prædicamenti*: vel *universalis*, sc. omnes *gradus superiores*; ergo.

Dices: *Substantia prima* includit *secundam* 768 (: *materialiter* c. *formaliter* n. :) quia *subjectum* quod est *substantia prima*, includit *prædicatum* (: *materialiter* c. *formaliter* n. Alioquin Petrus esset *substantia universalis* :) quod est *substantia secunda*; ergo *divisio* hæc est mala.

Repones: In *data* *divisione* *substantiæ* *Divisum* coincidit cum uno *membro* *dividente*; ergo. a. p. *Divisum* est *substantia* in *communi* (: id est, prout *abstractit* à *substantia prima* & *secunda* c. est *substantia* in *communi* *positive*, prout idem est ab *substantia universalis* n. :) atqui *substantia* in *communi* coincidit cum *substantia secunda*; ergo.

Quæres 2. Quales *proprietates* *substantia* 770 habeat? *ry.* *Quinque*: 1. quod non sit in *subjecto inhesionis*. 2. quod de *suis inferioribus* prædicetur

tur univoce. 3. quod non habeat contrarium. 4. quod non suscipiat magis & minus. 5. quod successive suscipiat contraria. Vid. P. Renz hic a. 4.

ARTICULUS II.

An Deus directe ponatur in predicamento substantie?

771 **P**renotandum: Omnes substantias creatas (si alias completæ sint) directe poni in predicamento substantie: quia constant genere univoce, & differentiâ. Quippe cum actus puri non sint, potest in ipsis concipi aliqua ratio determinabilis, & determinans, sicque in genere logico saltem conveniunt. De increata sit

772 **CONCLUSIO:** Deus non ponitur directe in predicamento substantie. Ita TT. contra TT.

Probatur: Deus non potest illic poni ut genus (quia Deus non est contrahibilis per differentias; nec sub se plures species habet) neque ut species (quia non constat genere & differentia) nec ut individuum: quia hoc includit naturam ex genere & differentia compositam; ergo. Vid. tr. de Deo à n. 206.

773 Respondent aa. 1. Deum poni in predicamento substantie ut speciem subijcibilem; ita ut substantia (quæ est genus) implicite formaliter differentiam, nempe aseitatem, includat: adeoque substantiam non esse in potentia ad aseitatem. Sed

Contra est 1. Quod substantialiter sit in potentia ad aseitatem saltem secundum conceptum explicitum: quia sic non minus est in potentia ad aseitatem, quam ens ad differentias.

Contra est 2. Genus & differentia sic se non haberent per modum excludentis & exclusi, contra dicta à n. 553. &c.

Contra est 3. Ubi datur genus & differentia, ibi datur compositio rationis? atqui hæc in Deo non potest admitti; ergo. Contra hoc

774 Respondent aa. 2. Compositionem rationis non dicere imperfectionem ex parte rei conceptæ, sed tantum ex parte cognoscentis.

Contra est: Genus, tanquam causa formalis, non se tenet ex parte conceptus formalis seu cognoscentis, sed ex parte conceptus objectivi, ex n. 292. ergo imperfectio, tanquam effectus formalis, se quoque tenebit ex parte rei cognitæ; adeoque Deo esset intrinseca, & non tantum extrinseca.

775 **Objicies 1.** De Deo vere prædicatur substantia (: R. d. a. univoce n. analogice c. :) quia ei convenit definitio substantie; cum sit complete per se existens (: aptitudinaliter, prout definitur substantia prædicamentalis, n. actualiter c. :) ergo.

Inst. Ratio substantie, præcisa à Deo & creatura, est in Deo perfecte eadem; quia hoc non impedit infinitas; ergo. a. p. Licet substantia hominis sit excellentior substantia quam substantia formice, attamen ratio substantie in iis est omnino eadem & univoca: ergo pariter licet substantia in Deo sit infinita & in creaturis finita, tamen erit in iis univoca (: n. c. Quoniam præcellentia hominis præ formica se tenet non ex parte ipsius substantie seu generis, sed tantum ex parte differentie nimirum rationalitatis: econtra infinitas seu præcellentia Dei se tenet ex parte ipsius substantie Dei, quæ semper exigit ultimam actualitatem, à qua non potest præscindi :) 776

Replicas: Etsi daretur linea infinita, nihilominus talis adhuc poneretur in predicamento quantitatis: ergo quoque, etsi Deus sit substantia infinita, tamen adhuc ponetur in predicamento substantie (: n. c. Nam illa linea non esset infinita in omni genere: & sic jam posset in aliquo genere constare genere & differentia: Infinitas econtra Dei est talis in omni genere, sicque excludit omnem potentialitatem :) 777

Ob. 2. Compositio ex genere & differentia est compositio rationis: atqui hæc Deo non repugnat; ergo. m. p. Ei non repugnat distinctio rationis; ergo nec compositio (: n. c. Quia compositio fundatur in potentialitate: distinctio autem in perfectione & unitate eminentiali :) 778

Insistes: Intellectus noster attributa Divina, ab Essentia intentionaliter præcisa, iterum potest per rationem conjungere (: unitate compositionis n. idenditatis c. :) ergo in Deo datur compositio rationis (: per quam componatur actus cum actu c. actus cum potentia n. :) Vid. tr. de Deo n. 195. 779

Regeres: Essentia Divina potest concipi sine singularitate; ergo etiam ut contrahibilis per singularem differentiam (: ita ut singularitas essentia aliquid superaddat in ea actu non inclusum n. ut tantum majorem explicationem importet c. :) adeoque ut potentia; ergo. 780

Ob. 3. Christus directe ponitur in predicamento substantie (: qua homo c. qua Deus n. :) atqui Christus est Deus; ergo. Deinde: quidquid dicitur de Christo, etiam dicitur de Deo (: quantum ad prædicata realia & intentionalia, quale est poni in predicamento n. :) atqui de Christo dicitur, quod ponatur in predicamento; ergo. 781

Ob. 4. Christus ponitur in predicamento quatenus est individuum & substantia prima: ergo in eo ponitur qua Deus. c. p. Christus habet à subsistentia & existentia Divina (: quatenus Divina & infinita est n. secus c. nam quod sit infinita, Christo qua homini per accidens est :) quod sit individuum; ergo. 782

Ob. 5. urg. Christus qua Deus saltem reductively ponitur in predicamento: ergo. a. p. Deus 783

Deus vi subsistentiæ infinitæ est aliquid naturæ humane in Christo (: qua præcise subsistentia est, c. quatenus infinita est n. :) ergo.

784 Reclamas: subsistentia creata reductive esset in prædicamento: ergo & subsistentia Divina (: n. c. Quia poni in prædicamento etiam reductive, est imperfectio, destruens conceptum subsistentiæ infinitæ, quatenus infinita :))

785 Ob. 6. inst. Punctum & unitas pertinent ad prædicamentum quantitatis, reductive saltem; quia sunt principium quantitatis: ergo & DEUS ad prædicamentum substantiæ; quia est principium substantiæ (: intrinsecum & sub ea contentum quale est punctum & unitas respectu quantitatis, n. extrinsecum & continens seu efficiens c. :))

QUÆSTIO III.

DE PRÆDICAMENTO QUANTITATIS.

ARTICULUS I.

In quo consistat quantitas formaliter?

786 P Rænotandum 1. Quantitatem molis, de qua in præsentī (nam de quantitate virtutis alicubi) esse primum ex accidentibus substantiæ corporeæ; & ab hac realiter distinctum (quia in Eucharistia realiter separatur) uti & ab aliis accidentibus; nam hæc non possunt habere distinctam quantitatem à quantitate substantiæ, aliàs duæ quantitates, imo plures, naturaliter essent in eodem loco, & se penetrarent.

787 P Rænot. 2. Quòd quantitas substantiæ tribuat quinque effectus. 1. Est extensio in ordine ad se. 2. Extensio in ordine ad locum. 3. Impenetrabilitas. 4. Divisibilitas. 5. Mensurabilitas. Jam in quonam essentia quantitatis consistat? dubitatur.

788 CONCLUSIO: Ratio formalis & essentia quantitatis consistit in extensione partium in ordine ad se five ad totum. Ita communiter TT. ex S. D. 4. cont. gent. c. 65. &c.

Probatur: Hæc extensio in quantitate primò concipitur tanquam radix & ratio à priori aliorum omnium, quæ eidem speciatim conveniunt (quippe extensio in ordine ad se præsupponitur extensioni ad locum; hæc impenetrabilitati; extensio divisibilitati & mensurabilitati) ergo. Deinde: Corpus Christi & realiter & formaliter quantum, licet ibi habeat solam extensionem in ordine ad se: ergo essentia quantitatis in hac sola consistit. Sed contra hoc

789 Objicies 1. Corpus Christi in Eucharistia habet extensionem ad locum aptitudinalem; ergo in hac consistit essentia quantitatis (: R. n. c. Nam extensio aptitudinalis ad locum nil aliud est quàm formalis extensio partium in ordine ad

se: quia in tantum potest quid extendi ad locum, in quantum est extensum in se: sic risibilitas radicalis est rationalitas; ergo :))

Ob. 2. Substantia sine quantitate jam 790 habet partes integrantes (: extensas n. inter se convolutas & confusas c. :)) ergo essentia quantitatis non consistit in extensione partium in ordine ad se. At de his mox plura.

ARTICULUS II.

An substantia sine quantitate habeat partes extra partes?

P Rænotandum: Statum quæstionis esse, si 791 DEUS à substantia corporea auferret quantitatem, an illa substantia adhuc haberet in se actualem extensionem partium integrantium? Aliqui volunt quod sic: alii quod non: Imo partes neque fore actu distinctas. Contra hos fit

CONCLUSIO: Substantia corporea sine 792 quantitate habet partes substantiales actu distinctas: illæ tamen partes non sunt extensa, nec actu & formaliter integrales, sed primum per quantitatem tales fiunt. Est communis TT.

Prob. 1. pars: Quia aliàs substantia pedis 793 & capitis, etiam post adventum quantitatis, non distinguerentur; cum à forma accidentali (uti est quantitas) non possit provenire effectus substantialis, ut est distinctio pedis & capitis; ergo.

Respondent aa. Distinctionem illam substantialem 794 provenire à quantitate tantum tanquam à conditione.

Contra est: Dare partes substantiæ, est effectus primarius quantitatis, juxta aa.: ergo deberet provenire à quantitate tanquam à forma essentiali, & non tantum tanquam à conditione.

Confirmatur: Implicat eandem rem modo 795 separari à se, modo identificari: modo esse divisibilem, modo indivisibilem &c. atqui hoc fieret, si substantia sine quantitate non haberet partes actu distinctas; ergo.

Prob. 2. pars: Habere partes actu extensas 796 seu formaliter integrantes, est effectus formalis quantitatis; ergo non potest haberi sine ipsa quantitate: sicut non potest haberi album sine albedine.

Objicies 1. cont. 1. part. Juxta S. D. 4. 797 cont. gent. c. 65. remotâ quantitate, substantia est omnino indivisibilis (: R. d. a. indivisibilitate formali & proxima c. radicali & remotan. :)) ergo non habet partes actu distinctas (: n. c. Nam per quantitatem radicalem, una substantia totalis distinguitur ab altera; ergo & partialis :))

Ob. 2. Si substantia habet partes substantiales actu distinctas, tunc importat duo tota substantia-

stantialia (: *realiter* distincta n. *ratione* c. :) sc. *physicum* ex materia & forma, & *integrale* ex partibus integrantibus; & sic non est unum per se: atqui hoc dici non potest; ergo.

799 Inst. Totum *substantiale* & *accidentale* physice & *realiter* distinguuntur (: si *accidentale* sit physice tale c. si tantum *logice* ut est totum integrale, n. :) atqui ex partibus substantialibus fit totum *substantiale*, ex integrantibus *accidentale*; ergo distinguuntur.

800 Ob. 3. Substantia *ex se* non habet effectum *primarium* quantitatis: atqui tribuere partes substantiæ (: *simpliciter* n. *extensas* c. :) est effectus primarius quantitatis; ergo sine quantitate non habet partes *substantiales* realiter & actu distinctas.

801 Urg. Habere partes *simpliciter* & habere partes *extensas*, sunt omnino idem: ergo si habet partes *simpliciter* habet quoque *extensas*. a. p. Partes *ut partes* non sunt nisi in ordine ad totum (: id est, sunt *propter* totum, c. ita ut semper habeant ordinem *extensivum* n. :) ergo.

802 Ob. 4. cont. 2. part. Si substantia sine quantitate non habet partes *extensas*, tunc est *indivisibilis* (: *privative* c. *negative* n. :) ergo non potest recipere quantitatem. c. p. Quia *indivisibile* (: *negative* ut est Angelus c. *privative* n. :) non potest recipere aliquid *divisibile*, uti est quantitas; propter *improportionem*: ergo.

803 Replicas: Quantitas est *extrinseca* substantiæ; ergo non potest illam facere *divisibilem intrinsece*. c. p. Alias mutaretur *essentialiter* (: si acquireret novas partes *entitativas* c. si tantum *extensas* & *ordinatas* n. :) ergo.

804 Clamas: *Indivisibilitas* seu *simplicitas* & *compositio* (: *entitativa* c. *extensiva* & *ordinativa* n. :) sunt gradus *essentiales* rei: ergo non possunt haberi per quantitatem *extrinsecam*.

805 Ob. 5. Duo *individua*, duo lapides v. g. sine quantitate adhuc sunt *formaliter individua distincta*, licet *individuat* à quantitate *proveniat*: ergo etiam partes *integrales* sine quantitate erunt *formaliter tales* (: n. c. Quia *distinctio* *individuatorum* *provenit* à quantitate *separante*: ratio partis *integralis* autem à quantitate *uniente* illas partes *secundum extremitates*; quæ nisi *actualiter* adsit, partes *actu* & *formaliter* *integrales* esse non possunt, utpote *desitutæ ratione formali* faciente *integrales*: *separatio* *econtra* *semel* *facta*, *manet* *ablata* *quantitate* :)

806 Dices: Substantia capitis, etiam ablata quantitate, est *distincta* à substantia pedis (: *distinctione* *opposita identitati* c. *confusioni* n. :) ergo partes *integrales* *formaliter* sunt *distinctæ* sine quantitate. Deinde: ante quantitatem datur ratio *partis* (: *substantialis* c. *integralis* n. :) atqui de ratione *partis* (: *quantitativa* c. *entitativa* n. :) est esse *integram*; ergo.

Ob. 6. Si substantia ex se non habet partes *extensas*, tunc sequitur 1. Quod lacus Bodamicus, ablata quantitate non sit *major* substantiâ unius guttæ (: *formaliter* c. *radicaliter* n. :) 2. Quod in unico instanti conflueret in punctum (: n. hoc; quia careret omni loco & motu physico :) 3. Quod unico haustu posset deglutiri (: n. *supp.* quod esset *portabilis*; quia non esset *localiter mobilis* :) ergo.

Quæres 1. Quotuplex sit quantitas? R. 1. 808 Quantitas in communi dividitur in *continuam* (cujus partes *termino communi* copulantur) & *discretam*, cujus partes nullo termino communi sed *proprio* connectuntur.

R. 2. Quantitas *continua* subdividitur in *permanentem* (cujus partes sunt simul) & *successivam*, cujus partes sunt *successivæ*. Hujus species sunt *tempus* & *motus*: prioris autem *linea*, *superficies*, & *corpus*.

R. 3. Quantitas *discreta* subdividitur in *orationem* & *numerum*. Oratio est multitudo *dictionum* & *syllabarum*, ordinate & *successive* prolatarum: Numerus verò est *multitudo mensurata per unum*.

Quæres 2. Utrum omnes allatæ quantitates sint propriæ species Quantitatis? 809

R. 1. Quod *linea*, *superficies*, & *corpus* sint, quia per se & *intrinsece* *participant* *rationem* *formalem* *quantitatis*: suntque *secundum se* *quid completum*; nec nisi *materialiter* in corpore includuntur: ergo.

R. 2. Quoad *tempus*, *motum*, & *orationem*, quod non: quia per se & *ratione* *sui* non dicunt *extensionem*: nam *modus* *extenditur* *ratione spatii tantum*: *Tempus* non distinguitur à motu *coeli*: *oratio* autem solummodo extenditur *ratione temporis* & *morularum*, per quas extenditur. Circa *Numerum* sit

ARTICULUS III.

An Numerus sit propria species quantitatis discreta?

Prænotandum 1. Numerum alium esse *transcendentalem* (qui & multitudo entium quorumcunque etiam *immaterialium*) & *predicamentalem*, qui est multitudo entium *quantitate* *præditorum*: & subdividitur in *numerum numerantem* (quæ & ipsa forma, qua res numeramus, ut *trinitas*, *quaternitas* &c. De quo hic) & *numeratum*, quæ est ipsa res numerata. 810

Prænot. 2. In numero numerante bene distinguendum debere *materiale* (quod sunt numeri priores) & *formale*; quod est numerus, seu *unitas ultima*, cujus *designatio* dependet ab *intellectu*, sicut *designatio finis* in circulo ab eodem dependet. 811

812 **CONCLUSIO:** Numerus est vera ac propria species quantitatis discretæ. Ita TT. communiter.

Probatur: Numerus per se & ratione sui habet specialem modum extensionis, in partes nempe discretas; adeoque extensionem multitudinis; quæ utique diversa est ab extensione magnitudinis: ergo est species distincta.

813 **Objicies 1.** Numerus non est unum per se; ergo. a. p. Fit ex pluribus entibus completis (R. d. a. in genere quantitatis continua c. discreta n. :) numerus ternarius v. g. ex tribus hominibus: ergo non est species prædicamenti.

814 **Dices:** Ad unum per se requiritur unio partium (: continua n. discreta c. :) atqui hæc in numero non datur; ergo.

815 **Ob. 2.** Unitas discreta seu ordinis non sufficit ad unum per se: alias etiam exercitus esset unum per se; cum etiam habeat unitatem ordinis (: moralem c. physicam, qualem habet numerus, eoquod partes in genere physico, sc. in linea quantitatis discretæ sint incompletæ, n. :) ergo.

816 **Regeres:** Inter pares (: tam materialiter quam formaliter c. tantum materialiter n. :) non datur ordo: atqui omnes partes numeri sunt pares; quia omnes sunt unitates; ergo.

817 **Inst.** Ultima unitas est forma; ergo debet esse determinata (: formaliter c. materialiter n. Vid. n. 811. :) cum det speciem determinatam: ergo.

818 **Ob. 3.** Numerus constituitur per plura (: materialiter c. formaliter n. :) ergo non est unum per se (: unitate continuitatis c. unitate ordinis n. :)

819 **Ob. 4.** Numerus quinque hominum est in pluribus subjectis (: adequatis n. inadæquatis c. :) ergo non est unum per se.

820 **Ob. 5.** Magnum & parvum non mutant speciem quantitatis continue: ergo nec multum vel paucum, quantitatis discretæ (: n. c. Quia continua non consistit in indivisibili, bene verò discreta :) Deinde: sublato binario, tollitur ternarius (: materialiter c. formaliter n. :) ergo.

821 **Urg.** Sublato asino non tollitur leo etiam materialiter; ergo nec sublato binario ternarius (: n. c. Nam asinus non est materia leonis :)

822 **Ob. 6.** Petrus & Paulus, etiam ablata quantitate, adhuc faciunt numerum (: prædicamentalem n. transcendentalem c. :) uti & Angeli; ergo.

823 **Ob. 7.** Ultima unitas non dat unitatem ordinis: ergo non facit unum per se. a. p. Est quid extrinsecum (: spectata materialiter c. formaliter n. :) respectu numeri; non minus quam terminus respectu relationis. Quin, non est vera forma physica; quia non educitur de po-

R. P. A. Schnell, Phil. P. I.

tentia materiæ (: n. supp. quod hoc requiratur ad formam, facientem unum unitate ordinis tantum :)

Quæres: Quænam sint proprietates quantitatis? R. 1. Non habere contrarium. 2. Non suscipere magis. 3. Facere æquale. De quibus P. Renz hic a. 6.

DISPUTATIO II.

DE QUALITATE, ALIISQUE PRÆDICAMENTIS.

NE Disputatio prior nimium excresceret, illam subdivisimus in præsentem. In hujus prima Quæstione itaque discutietur qualitas: in Secunda deinde Relatio cum Prædicamenti residuis & postprædicamenti.

QUÆSTIO I.

DE PRÆDICAMENTO QUALITATIS.

ARTICULUS I.

Quid? & quotuplex sit qualitas?

Pranotandum: Qualitatem esse accidens, quo quales dicimur. Divisionem dabit sequens

CONCLUSIO: Qualitas dividitur in habitum & dispositionem: potentiam & impotentiam: in passionem & patibilem qualitatem: formam & figuram. Est communis.

Probatur: Quia tot sunt modi qualificandi substantiam; nam qualificatur vel in ordine ad suam naturam, ut bene vel male se habeat? & est habitus & dispositio: vel in ordine ad operandum simpliciter vel resistendum? & est potentia vel impotentia: vel in ordine ad motum physicum? & est passio vel patibilis qualitas. Vel denique in ordine ad quantitatem? sicque est forma & figura: ergo.

Objicies 1. Quale non est quid notius (: R. d. quoad se c. quoad nos n. concreta enim sunt nobis notiora; siquidem in hæc tantum sensus ferantur :) ergo qualitas male definitur per quale.

Ob. 2. In data definitione definitum sc. qualitas ingreditur definitionem: ergo est mala. a. p. Quale illam ingreditur; ergo etiam qualitas: quia abstractum involvitur in suo concreto (: realiter & implicite c. formaliter n. :) ergo.

Ob. 3. Habitus est speciale prædicamentum (: prout est adjacentia vestium c. prout est dispositio subjecti n. :) ergo. Deinde: Habitus non distinguitur à potentia; ergo. a. p. Etiam potentia determinat substantiam ad operandum (: simpliciter c. bene vel male n. nam hoc facit habitus :) ergo non distinguuntur.

O ARTI-

ARTICULUS II.

Quomodo hæc species qualitatis distinguantur?

- 830 **P**renotandum: Quod *habitus* definiatur: est *qualitas difficulter mobilis, disponens subjectum ad bene vel male essendum aut operandum*. Dispositio, est *qualitas facile mobilis, disponens subjectum ad bene vel male essendum vel operandum*. *Potentia*, est principium proximum accidentale, disponens subjectum ad *simpliciter operandum*: *Impotentia* verò ad *debiliter operandum* &c. *Passio* est accidens sensibile cito *transiens* ex alteratione causatum: *patibilis qualitas* autem tunc dicitur, quando diu permanet. *Forma* est qualitas orta ex terminatione quantitatis *physice* (id est, prout est in subjecto) spectata: *figura* verò est qualitas similiter ex terminatione quantitatis orta, sed *mathematice* (id est, prout à subjecto *abstracta* est) spectata.
- 831 **CONCLUSIO**: Tantum *habitus* & *dispositio* inter se differunt *essentialiter*; reliquæ species non nisi *accidentaliter*. Ita *TT. ex S. Th. 2. p. q. 49. a. 2. ad 3. cont. Scot.*
- 832 **Prob. 1. pars**: *Habitus* ex *intrinsicâ* sua ratione (utpote exigens causam *immutabilem*, sc. demonstrationem) est *difficulter mobilis*: dispositio econtra est *facile mobilis*; quia exigit causam *mutabilem*, opinio v. g. motivum probabile; ergo.
- 833 **Prob. 2. pars**: Quia differentie reliquarum specierum sunt tantum *accidentales*; cum *potentia* & *impotentia* differant præcise secundum *perfectum* & *imperfectum*: *passio* & *patibilis qualitas* duntaxat secundum *durationem*: *forma* & *figura* secundum considerationem; ergo.
- 834 **Objicies 1. cont. 1. part.** *Habitus* Logicæ in *tyrone* potest esse dispositio (: *q. d. quoad rem* & *essentialiter n. quoad statum accidentalem c. :*) quia ab *eo* est *facile mobilis*: econtra *dispositio*, opinio hæretica v. g. potest transire in habitum (: *ex se n. ob indispositionem* subjecti *t. :*) quia sæpe est *difficile mobilis*; ergo non distinguuntur *essentialiter*.
- 835 **Ob. 2. urg.** Esse *difficile mobile* habitui ab *intrinsicâ* convenit (: in actu *primo c.* semper in actu *secundo n. :*) ergo *facile mobile* ei nec per accidens potest convenire (: in actu *primo* & *quoad rem c.* in actu *secundo* & *quoad statum accidentalem n.* Sic *frigere* non semper convenit actu aquæ; nec *accidenti* actu inharere :)
- 836 **Ob. 3. cont. 2. part.** *Habitus* & dispositio differunt *essentialiter*: ergo etiam *passio* & *patibilis qualitas*. *q. p.* Etiam *patibilis qualitas diu permanet*, & *passio cito transit* (: ex natura suarum causarum *n. nam sæpe habent causam eandem*: secus *c. :*) ergo quoque distinguuntur.

Ob. 4. A *passione* non dicimur *quales*: ergo non est vera & proprie dicta qualitas (: *n. c.* Imo etiam antecedens: nam iratus dicitur *palidus*; *erubescens*, *rubicundus* :)

Quæres: Quænam sint proprietates qualitatis? *q. r.* Tres: 1. quod qualitates sint sibi *invicem contrariae*, & ab eodem subjecto se expellant. 2. Quod suscipiant magis & minus, saltem in concreto. 3. Quod fundent *similitudinem* & *dissimilitudinem*. Et hæc sola proprietates omni & soli qualitati convenit.

QUÆSTIO II.

DE PRÆDICAMENTO
RELATIONIS.

ARTICULUS I.

Quid, quotuplex sit relatio, & quas conditiones requirat?

Prenotandum: Certum esse, in rebus creatis à parte rei dari relationes; quia datur *effectus formalis*, sc. relativum, *pater, æquale* &c. Quippe licet relatio non distinguatur à fundamento, quod est ens *absolutum*; attamen quatenus dicit relationem non sumitur absolute sed *relative* & cum connotatione termini extrinseci. Sic ex eo, quod *forma rationalis* non distinguatur a *sensitiva* non sequitur, quod non detur forma rationalis.

CONCLUSIO I. Relatio prædicamentalis definitur, quod sit *accidens, cuius totum esse est ad aliud se habere*. Ita *quoad rem omnes*.

Probatur: Hæc definitio per particulam *accidens* habet debitum genus; per reliquas particulas autem differt à reliquis prædicamentis; ergo est bona.

CONCLUSIO II. Dividitur in *realem* & *rationis*: *realis* in prædicamentalem, & *transcendentalem*: prædicamentalis rursus in *mutuam* & *non-mutuam*: *Mutua* in relationem *equiparentiæ* & *disquiparentiæ*. *Iterum omnes*.

Probatur: Tot sunt membra relationis, quot modis unum potest referri ad aliud: atqui tot modis unum potest referri ad aliud, quot membra assignavimus; ergo. *m. p.* Nam quidquid refertur, vel refertur à *parte rei*? & est *realis*: vel per *intellectum*? estque relatio *rationis*: vel exprimitur termino *absoluto*? & est relatio *transcendentalis* seu secundum dici: vel *relativo*? & est *prædicamentalis* &c. ergo. Interim nota, quod relationes *transcendentales* directe & per se non ponantur in prædicamento; quia non exprimuntur *nominibus* per se & primario *relationem* significantibus. Quin, si per illas intelligatur aliquis *formalis* & *actualis respectus*, qui sit de *essentia* entis absoluti, aut saltem *essentiale complementum*, eas omnino negamus: quia sic *idens*

ARTICULUS II.

Quot sint fundamenta tam remota quam proxima relationis?

Praenotandum: Ad relationem requiri quatuor; subjectum, terminum, fundamentum proximum, & fundamentum remotum. De subjecto, & termino non est lis; bene tamen de fundamento: circa quod sit
CONCLUSIO I. Fundamenta relationis sunt quatuor; vid. substantia, quantitas, qualitas, & potentia activa ac passiva. Ita communis.

Probatur: Quia tot sunt causae, cur unum referatur ad aliud; quippe unum refertur ad aliud vel quia est ejusdem vel diversa substantia? & sic causa seu fundamentum est substantia. Vel quia est aequale, aut inaequale? & hujus causa est quantitas. Vel quia est simile aut dissimile? & hoc causat qualitas. Vel quia unum est causa, & alterum effectus? & hoc causat potentia agendi vel patiendi; ergo.

CONCLUSIO II. Fundamenta proxima, seu rationes fundandi, sunt tres: 1. Unitas & numerus. 2. Actio & passio. 3. Mensura & mensurabile. Rursum communis.

Probatur: Quia tot sunt rationes determinantes fundamenta remota ad emanationem certarum relationum: nam in substantia, quantitate, & qualitate relatio oritur ratione unitatis vel numeri, hoc est, ratione convenientiae vel inconvenientiae. In potentia activa & passiva, ratione actionis, & passionis: vel ratione mensurae & mensurabilis; ergo &c. sicque tria tantum dantur relationum genera.

Objicies 1. cont. 1. concl. Omnia praedicta sunt fundamenta remota; ergo. a. p. Possunt duo convenire etiam in actione, tempore, ubi &c. (: r. d. a. reducibilibus ad quatuor assignata c. non reducibilibus n. :) ergo.

Ob. 2. inst. Una relatio potest fundare aliam; ergo sunt plura fundamenta quam quatuor (: n. c. Quia relatio non distinguitur a fundamento, sive sit substantia sive accidens: sic ubi, quia non distinguitur a quantitate, non constituit distinctum fundamentum :) a. p. Duae paternitates non minus conveniunt quam duae substantiae; ergo.

Infers: Ergo datur processus in infinitum (: n. hoc; quia cum fundamenta nunquam sint actu infinita, etiam relationes, quae cum fundamentis identificantur, hocque ipso ad fundandam aliam relationem satis firmae sunt, nunquam fiunt actu infinitae :)

Ob. 3. cont. 2. concl. Unitas convenientiae non est aliquid reale: ergo non est ratio fundandi. a. p. Tantummodo habetur per intellectum; cum inter duas res similes a parte rei non sit unitas, sed multiplicitas (: numerica c. specifica n. quia

ens contraheretur per differentias oppositas, sc. per esse absolutum & respectivum: quod fieri non potest essentialiter; ut ut id putent RR. Quippe idem posse esse absolutum & respectivum accidentaliter tantum, nos non negamus, qui relationem a fundamento realiter non distinguimus.

846 CONCLUSIO III. Ut relatio sit praedicamentalis requiritur 1. Ut subjectum, fundamentum, ratio fundandi, & terminus sint quid reale, & realiter existant. 2. Ut saltem subjectum & terminus realiter distinguantur. Est communior Philosophorum.

847 Prob. 1. pars: Quia subjectum recipit relationem realem, saltem per intellectum; fundamentum verò & ratio fundandi causant illam, & terminus terminat eandem; ergo.

848 Prob. 2. pars: Quia idem non potest respicere seipsum respectu reali: Imo relatio non esset respectus unius ad aliud; ergo.

849 Objicies 1. contr. 1. concl. Relatio non est accidens; ergo non totum ejus esse (: r. d. c. genericum c. specificum n. :) est ad aliud se habere. c. p. Accidentis esse est esse in alio (secundum rationem genericam c. specificam n. :) & non ad aliud; ergo.

850 Inst. Esse genericum relationis non est esse ad aliud, ex concessis: ergo non totum ejus esse (: genericum c. specificum n. :) est ad aliud.

851 Urg. Ipsa ratio specifica relationis est accidens (: completum n. incompletum c. :) ergo dicit in (: formaliter & explicite n. implicite & realiter c. Sic rationale realiter quoque dicit animal:)

852 Ob. 2. cont. 2. concl. Creatura essentialiter dependet a Deo creatore, accidens a substantia &c. (: hoc est, habent dependentiam fundatam in essentia, quae fundat & causat respectum formalem c. hoc est, habent dependentiam tanquam partem essentiae, ita ut ipsius essentiae sit formaliter respicere n. :) ergo essentialiter respiciunt Creatorem, substantiam &c.

853 Ob. 3. urg. Creatura non potest concipi & esse sine respectu ad creatorem, nec accidens sine ordine ad subjectum: ergo relatio est de eorum essentia (: si respectus ille ingrederetur eorum conceptum in recto c. si tantum in obliquo n. Nam si ingrederetur in recto, deberet illorum essentiam constituere, aut complere :)

854 Ob. 4. Habitus & potentiae specificantur (: intrinsece n. extrinsece c. :) per respectum ad sua objecta (: subd. actualem & formalem n. fundamentalem c. :) ergo ille respectus est de illarum essentia.

855 Ob. 5. cont. 3. concl. Ad relationem realem non semper requiritur terminus realiter existens, ergo. a. p. Inter scientiam & scibile datur relatio realis (: praedicamentalis semper n. transcendentalis c. :) ex parte scientiae: atqui scibile non semper existit, ut patet in Logica; ergo.

- n. quia duæ res similes specie sunt unum:) ergo.
- 863 Replicas: Illa unitas est *negatio* (: *primario* n. ex *consequenti* c. :) divisionis in plura specie; ergo non est realis. *Vid. n. 504.*
- 864 Ob. 4. *Actio & passio* non sunt ratio fundandi; ergo. a. p. *Actio* generativa perit (: *physice & formaliter* c. perit etiam *virtualiter* n. :) & tamen non perit *relatio* paternitatis; ergo.
- 865 Urg. In *aliis* relationibus primi & tertii generis requiritur, ut ratio fundandi *physice & formaliter* perseveret: ergo etiam in relationibus *secundi* generis (: n. c. Quia *actio & passio* non sunt *terminus* correlativus, nec *subjectum*: & ita sufficit, quod *actio* maneat *virtualiter*; in quantum nempe ex parte *causæ* relinquit determinationem ad effectum præteritum:)
- 866 Ob. 5. Relationes, quæ proxime fundantur in mensura & *mensurabili*, sunt relationes *transcendentales* (: præsuppositive & *fundamentaliter* c. *formaliter* n. :) quia vagantur per omnia prædicamenta: ergo *mensura* & *mensurabile* non sunt ratio fundandi.

ARTICULUS III.

An *relatio realiter* distinguatur à suo fundamento?

- 867 PRÆNOT. 1. Hic quæri, an *relatio similitudinis* v. g. distinguatur à *fundamento* (quod *fundamentum* est *albedo*) nam quod *realiter* distinguatur à *subjecto* certum est, si relationes *identitatis* & *diversitatis* excipias; quia *subjectum* & *fundamentum* *ibi* sunt unum.
- 868 PRÆNOT. 2. RR. velle, quod *relatio* distinguatur nec à *fundamento*, nec à *termino*, sed esse *essentialiter* compositam ex *utroque*. At ex hoc sequitur, quod *relatio* non sit ens *per se*. Nec obest, quod oblato *fundamento* vel *termino* pereat *relatio*: quia perit & tollitur tantum *consecutive*; sicut ablato *creatore* tollitur *creatura*, & sublata *risibilitate* *homo*. *Vid. n. 845.*
- 869 CONCLUSIO: *Relatio* non distinguatur *realiter* à *fundamento*; sed *virtualiter* tantum. Ita TT. contra TT.
- 870 Prob. 1. Ex S. D. op. 48. c. 2. expresse docente: quod *similitudo* (id est, *relatio*) quam *Sortes* habet ad *Platonem* *ratione albedinis*, sit *ipsa albedo*. Quia *textus* non potest intelligi de *similitudine* tantum *fundamentali*, sed de *formali* intelligendus est: quia S. D. loquitur de *similitudine*, quatenus pro *fundamento* dicit *albedinem* *Sortis*, & pro *termino* *albedinem* *Platonis*; ergo. Item: quod *quis* fiat *alteri* *similis* sine *sui* MUTATIONE: quod fieri non posset, si *relatio realiter* distingueretur à *fundamento*; quia tunc esset *accidens physicum*, adeoque *fundamentum* *physice* mutaret, & non tantum *metaphysice*, ut volunt aa. ergo.
- Prob. 2. Positis duobus *albis*, unum jam 871 est *formaliter* simile alteri (quia unum est *tale* *formaliter*, quale est alterum; cum habeant *unam formaliter* *albedinem* *unitate convenientiæ*) ergo *relatio* *realiter* *distincta* non requiritur.
- Confirmatur: *Aureus*, præcisa omni relatione, *formaliter* est *gravior*, & *inæqualis semi-aureo* (quia *formaliter* plus *quantitatis* habet; aliàs non *degravaret* *lancem*) ergo *relatio* *inæqualitatis* non est *distincta* à *quantitate* *aurei*; quam suppono esse *fundamentum*. 872
- Prob. 3. *Petrus* per suam *entitatem* est *dissimilis* *entitati* *relativa* (per quam est *similis* *Paulo*) & quidem *formaliter*: ergo saltem aliqua *relatio* non distinguatur à *fundamento*. a. p. *Petrus* non est *dissimilis illi* *relationi* per *illam* *ipsam* *relationem*: quia *alias* *ista* *relatio* *dissimilitudinis* sic non haberet *terminum realiter* à se *distinctum*: eoquod hoc modo seipsam haberet pro *termino*; imo etiam pro *fundamento*; ergo. 873
- Prob. 4. Potest aliquid de novo fieri *formaliter unitum*, *ubicatum*, & *coëxistens* alteri, sine *unionem*, *ubicationem*, & *durationem* *realiter* *distincta* à *re unita* &c. ergo quoque potest *res aliqua* fieri *formaliter* *relata* absque *relatione* *realiter* *distincta*. c. p. Quia *relatio*, quoad *denominationem*, quoque dependet ab aliquo *extrinseco*, sc. *termino*: ergo. 874
- Respondent aa. *Disparitatem* esse: quod *res unita* per *unionem* non transferatur ad *novum* *genus entis*: uti transferatur *fundamentum* per *relationem*, nempe à *genere absoluto* ad *genus respectivum*: sicque requiri *entitatem* *superadditam*. 875
- Contra est: Etiam *actio & passio*, ubi & *quantitas* constituunt *diversa genera* *entis*; & tamen non distinguuntur *realiter*: ergo pariter nec *fundamentum* & *relatio* distinguuntur *realiter*; quia *genus entis absolute* & *respectivi* sunt quoque *logice* duntaxat *diversa*, non *physice*. Adeoque 876
- Prob. 2. pars: *Eadem* *albedo* primo potest concipi, quatenus *denominat* *parietem album* (sicque *dat* nobis *fundamentum* *conciipiendi* *illam* ut *accidens physicum*) Deinde, quatenus *facit similem* (sicque *nobis* *dat* *fundamentum* *conciipiendi* *illam*, ut *similitudo est*, & *accidens metaphysicum*) ergo *relatio* à *fundamento* *virtualiter* distinguatur.
- Objicies 1. *Textus* *varios* in *speciem* nobis 877 *contrarios* S. D. (sc. illos loqui tantum de *subjecto*, non autem de *fundamento*: item de *conceptu generico* *relationis*; non autem de *specifico*;) ergo.
- Ob. 2. *Nulla* *entitas relativa* in *creatis* est *entitas absoluta* (: *formaliter* c. *realiter* n. :) ergo. a. p. *Totum* esse *entitatis* *relativæ* est *ad aliud* se habere (: in *sensu formali* c. *reali* n. Nam sic *relatio* *simul* *tota* est *ad aliud*: sicut *rationale* à par-

parte rei simul est principium ratiocinandi & sentiendi: ergo.

879 Ob. 3. Relatio prædicamentalis est accidens (: physicum n. metaphysicum c. :) ergo non est substantia. c. p. Quia idem non potest esse ens per se & ens in alio (: per inhærentiam physicam c. metaphysicam n. :) ergo.

880 Dices: Relatio inest subjecto (: per inhærentiam logicam c. secus n. :) Item, facit compositionem (: logicam c. physicam n. :) accidentis ad subjectum: Insuper non est substantia secundum rem (: ex conceptu generico c. specifico n. :) ergo est accidens physicum. Præsertim: quia alioquin substantia, saltem dum est fundamentum, specificaretur (: tanquam substantia n. tanquam accidens logicum, subd. specificaretur physice n. logice c. :) ab accidente: quale sæpe est terminus: sicque posset esse immediate operativa.

881 Ob. 4. Si relatio non distinguitur realiter à fundamento, eadem res potest simul intendi & remitti: quia fundamentum albedo v. g. potest intendi, & relatio similitudo nempe, quæ est idem cum fundamento potest remitti (: secundum idem n. secundum diversa c. Quippe relatio secundum entitatem intenditur; quoad denominationem verò remittitur :) atqui hoc non potest dici (: & tamen dicere coguntur in Relatione fundamentali, quam aa. à fundamento non distinguunt: ergo.

882 Ob. 5. Fundamentum & relatio realiter separantur (: quoad entitatem & rectum n. quoad denominationem & obliquum c. :) ergo. a. p. Mortuo filio, manet fundamentum, & relatio perit; ergo.

883 Urg. Perit effectus primarius formæ relativæ (: entitative n. denominative c. :) qui est subjectum referre ad terminum (: potentia c. actu, subd. si adsit terminus c. secus n. :) ergo perit ipsa relatio.

884 Insistes: Forma (: absoluta c. respectiva n. Sic unio non statim denominat subjectum unitum :) communicata subjecto, tribuit illi effectum formalem non tantum entitative, sed etiam denominative: atqui forma relationis est subjecto communicata; ergo denominat illud semper relativum.

885 Ob. 6. Manente relatione quoad entitatem, & pereunte quoad denominationem, utique aliquid realiter perit (: intrinsecum n. extrinsecum, sc. ipse terminus c. :) ergo perit aliqua entitas realis (: quoad rectum n. quoad obliquum c. instantia semper est in unione :) vid. entitas relationis.

886 Inst. Sublato termino, perit actuale exercitium respiciendi: atqui actuale exercitium respiciendi est ipsissima relatio (: secundum nudam entitatem suam tantum n. etiam habens requisita extrinseca c. :) in recto; ergo perit relatio in recto (: Retorqueo de Unione :)
R. P. A. Schnell, Philos. P. I.

Ob. 7. Posito termino, datur in fundamento nova denominatio (: entitative n. nova connotative c. :) ergo etiam debet dari nova forma relationis (: Retorqueo: ergo etiam dum murus A. uni similis, fit adhuc pluribus similis: quod tamen ipsi aa. negant:)

Ob. 8. Relatio, quæ datur inter duos binarios non identificatur realiter cum fundamento, sc. cum binario A. ergo. a. p. Hic binarius importat duos homines realiter & adæquate distinctos (: in genere quantitatis continua c. discreta n. Nam in hac sunt unum, unitate saltem ordinis :) atqui eadem entitas non potest identificari duobus; ergo (: n. c. Relatio enim, cum sit idem cum fundamento, sequitur naturam illius: adeoque si fundamentum sit ens discretum, etiam relatio est talis; si successivum, est quoque talis:)

Dices: Non datur relatio prædicamentalis nisi ad terminum actu existentem (: in entibus permanentibus c. successivis n. :) atqui hora B. quæ terminat relationem æqualitatis hora A. nunquam existit actu cum hora A. ergo inter has horas non datur relatio (: posset d. aliter: prædicamentalis c. transcendentalis n. :) Vid. P. Ruedorffer hic a. n. 29.

ARTICULUS IV.

An relatio respiciat terminum ut quid absolutum?

PRænotandum: Duo in termino, filio v. g. spectari posse, nempe substantiam genitam, & filiationem: ad quamnam terminetur relatio? dabit sequens

CONCLUSIO: Relatio respicit terminum qua absolutum. Ita TT. contra TT.

Probatur: Quia terminus qua terminus non dicit respicere, sed duntaxat respici; sicut esse visum non dicit videre, sed videri: atqui quod non dicit respicere, est quid absolutum; ergo. Adhæc: conceptus aleitatis non est respectivus: atqui relatio respicit terminum, ut est aliud à relatione & fundamento; ergo.

Obijcies 1. Juxta Aristotelem Servus refertur ad Dominum (: R. d. M. fundamentaliter talem, id est, ad hominem potestate dominativa præditum, c. formaliter talem n. :) atqui Dominus est quid respectivum; ergo. Similia habet S. D. 2. cont. gent. c. 11. (: loquitur de correlativis formaliter talibus, non quatenus unum est terminus :) ergo.

Ob. 2. Sic relativa non sunt simul natura & cognitione; ergo. a. p. Respectivum & absolutum non sunt simul natura & cognitione: atqui si terminus est absolutus, tunc unum ex correlativis est absolutum (: si sumatur in ratione termini, & prout est fundamentaliter tantum correlativum c. si sumatur ut formaliter correlativum n. :) ergo.

P

Urg.

- 895 Urg. Hoc modo terminus est prior relatione: sicque filius erit ante patrem; quia *substantia genita* est ante patrem (: spectatum formaliter sub ratione respectiva patris c. spectatum materialiter, pro substantia generante n. :) atqui hoc dici non potest; ergo.
- 896 Ob. 3. Pater terminatur ad filium sub ratione filii: ergo. a. p. *Generans* terminatur & respicit genitum sub ratione formalis *geniti*: ergo etiam pater respicit filium sub ratione formale filii (: n. c. Quia pater se habet ad filium tanquam *correlativum* ad *correlatum* sine ulla prioritate & dependentia; quam tamen requirit relatio respectu termini, qua termini, utpote specificantis: consequenter filius *qua filius* non potest esse terminus: econtra generans se habet ad genitum tanquam principium ad principiatum cum dependentia à se:)
- 897 Ob. 4. Terminus *qua terminus* est formaliter respectivus; ergo. a. p. Est formaliter alicujus terminus (: active, ut *respicens* n. passive, ut *respectus* c. :) ergo. Deinde: terminus ut terminus relative opponitur relationi (: *terminative* c. active n. :) ergo.
- 898 Ob. 5. Terminus, posita in se relatione, terminat (: ut quid *respectivum* n. ut quid *absolutum* c. Nam terminus, utpote specificans debet esse prior relatione, ergo ut talis non potest constitui per relationem: quia *correlativa* sunt simul natura & cognitione:) & ablata non terminat: ergo est relativus. Insuper: relationes *Divina* terminantur ad quid *respectivum*: ergo etiam creata (: n. c. Quia in Divinis non datur quid *realiter* distinctum præter relationes: bene vero in creatis:)

ARTICULUS V.

Unde sumatur unitas & distinctio relationum?

- 899 **C**ONCLUSIO: Unitas *specificæ* relationum desumitur adæquate ex unitate *specificæ* tam fundamenti quàm termini: Distinctio econtra à diversitate alterutrius, vel utriusque simul. Ita communiter TT.
- 900 Prob. 1. pars: Fundamentum & terminus sunt formale *specificativum* relationis; cum per utrumque definiatur; ergo.
- 901 Prob. 2. pars: Quia contrariorum eadem est disciplina: imo quia malum (quale reputatur distinctio) est ex quolibet defectu; ergo.
- 902 Obiicies 1. cont. 1. part. Fundamentum, & terminus præcipue, sunt aliquid *extrinsecum* relationi: ergo non possunt illam specificare (: *ry. d. c. extrinsece* manifestando *intrinsicam* rationem speciei n. *intrinsicæ* c. :) & tribuere unitatem *specificam*.
- 903 Ob. 2. Eadem albedo est *fundamentum* relationum specie distinctarum; quia eadem albedo dicit relationem *similitudinis* ad aliam albedinem,

& *disimilitudinis* ad nigredinem: ergo *specificatio* non desumitur à fundamento (: *solo* c. cum termino n. :)

Ob. 3. Relatio respicit *solum* terminum: 904 ergo ab hoc solo specificatur. a. p. *Totum* ejus esse est ad aliud (: id est, *refert* fundamentum c. id est, *dependet* à solo termino n. quia est ordo *unius* ad *aliud*, & sic utrumque importat:) ergo.

Ob. 4. Eadem specie relatio respicit duos 905 terminos, distinctos specie (: *materialiter* c. *formaliter* n. :) ergo non sumit unitatem ab unitate terminorum. a. p. Relatio filii est ad patrem & ad matrem: atqui hi distinguuntur specie (: *materiali* c. *formali* n. quia actiones ipsorum generativæ sunt invicem *subordinate*:)

Ob. 5. cont. 2. part. Plures filii dicunt *plures* relationes ad *eundem* patrem: ergo etiam *idem* pater dicit plures (: n. c. Quoniam plures filii sunt *plura subjecta*; pater verò est unicum tantum *suppositum*:) ad plures filios. Præterea: Mortuo *uno* filio ex tribus, perit relatio 907 paternitatis ad *hunc* (: absolute & quoad denominationem *totalem* n. *extensive*, & quoad denominationem tantum *partialem* seu terminum *materiale* c. :) & tamen manet relatio ad superflites: ergo in patre sunt plures relationes.

Ob. 6. Pater, habens plures filios, habet 908 plures *rationes fundandi* (: respicientes *unum* terminum formalem, sc. substantiam *genitam* c. *plures* terminos formales n. :) ergo & plures relationes. c. p. Quia multiplicatâ causâ, multiplicatur effectus (: si *subjectum* sit *capax novi* effectus c. secus n. Sic in ferro summe calido, non multiplicatur calor, quamvis multiplicentur ignes:) ergo.

Quæres 1. Quæ, quotque sint proprietates relationis? *ry. Quinque*. 1. Quod non habeat contrarium. 2. Quod non suscipiat magis & minus. 3. Quod dicatur ad convertentiam. 4. Quod relativa sint simul natura, 5. ac cognitione.

Quæres 2. Quid sint sex ultima prædicamenta? *ry. 1. Actio est actus agentis ut ab hoc*: estque alia transiens, alia *immanens*, quæ nempe manet in agente. Passio est *actus patientis ut in hoc*.

ry. 2. Ubi seu locus est *superficies extrinseca* 912 *corporis ambientis*, prima, & *immobilis*. Situs, est *superficies ambiens*, locatum secundum certum ordinem & positionem partium. Quando, seu tempus, est *mensura extrinseca rerum temporibus subjectarum*. Habitus est *superficies vestis ambiens corpus humanum* tanquam naturalis ipsius perfectio. Ubi advertendum, hæc sex ultima prædicamenta non esse relationes secundum esse, sed duntaxat secundum dici: quia in conceptu suo formali non dicunt esse ad.

Quæres 1. Quot sint Post prædicamenta? 914 *ry. 1. Quinque*: nempe, *oppositio*, *prioritas*, *similitas*,

multas, motus, & modus habendi. Oppositio, stricte spectata, est repugnancia determinata aliorum inter se, quæ eidem simul convenire, aut de eodem affirmari non possunt. Est quadruplex, sc. oppositio relativa, contraria, privativa, & contradictoria. De quibus in Summulis à n. 102. Quoad subdivisionem Postprædicamentorum aliorum,

916 R. 2. Prioritas sunt quinque species: Prioritas temporis: prioritas consequentiæ: prioritas ordinis: prioritas dignitatis: & prioritas nature seu dependentiæ, vel causalitatis. Has omnes comprehendit distichum sequens: tempore, natura, prius ordine, dic & honore: causam causato, dicimus esse prius.

917 R. 3. Simultatis quoque sunt species quinque: similtas temporis: consequentiæ: ordinis: dignitatis: & nature.

918 R. 4. Species motus sunt sex vid. generatio & corruptio, ad substantiam: augmentatio & diminutio, ad quantitatem: alteratio, ad qualitatem: & latio, seu motus ad locum.

919 R. Ult. Modi habendi sunt septem species: Duplex per inherentiam habendo nempe quantitatem, vel qualitatem: per continentiam: per possessionem: per circum se positionem: per relationem: per compositionem. Quæ omnia ex terminis patent, & insuper videri poterunt in P. Renz hic q. 6. a. 1. & 2.



TRACTATUS V. IN LIBROS PERIHERMENIAS.

DISPUTATIO I^{ca}. DE PROPOSITIONE SEU ENUNTIATIONE.

IN præcedentibus duobus Tractatibus perstrinximus ea, quæ ad primam mentis operationem pertinent. Nunc consideranda obveniunt illa, quæ ad dirigendam secundam mentis operationem ordinantur. Hæc complexus est Aristoteles duobus libris, quos nominavit Perihermenias seu de interpretatione, eoquod in illis tractarit de propositione, cui soli interpretatio proprie convenit; cum sola (utpote semper quid affirmans vel negans) mentis nostræ conceptus interpretetur & aperiat. De propositione igitur nobis hic agendum est: quia vero pleraque jam præoccupavimus in Summulis à n. 58. usque 100. ideo in unicum fasciculum hic residua colliget sequens

QUÆSTIO I^{ca}. DE ESSENTIA, VERITATE, ET FALSITATE PROPOSITIONIS.

ARTICULUS I.

In quo consistat essentia propositionis?

PRænotandum 1. Cum propositio sit oratio, ex nominibus & verbis composita, hæcque omnia in ratione signi convenient, ideo sciendum, signum definiri esse id, quod præter speciem sui, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire. Dividitur in formale, & instrumentale: hoc, in naturale, & ad placitum. Hoc iterum in manifestativum & suppositivum: in practicum & speculativum: in rememorativum, demonstrativum, & prognosticum. Quæ omnia ex ipsis terminis nota sunt. Ratio formalis signi in actu primo consistit in connexionem cum suo significato: quia sic spectatum est in potentia duntaxat significandi. In actu secundo autem in actuali representatione rei significatæ: quia hæc est exercitium actus primi. Vid. tr. 1. de Sac. n. 8.

Prænot. 2. Voces significare res & conceptus simul: quia faciunt nos venire in cognitionem rerum & conceptuum. In ordine intentionis tamen prius significant conceptus: in ordine executionis autem prius res. Ratio est: quia vocum significatio primario instituta est ad significandos conceptus; alias enim non uteremur vocibus. Interim, quia conceptus non cognoscuntur, nisi prius intelligantur res per voces significatæ, hinc ordine executionis prius significantur res. De quibus omnibus videri debet P. Renz hic d. 4. q. 1. a. 1. 2. 3. & 4.

CONCLUSIO: Essentia propositionis consistit in iudicio assertivo: & non in veritate vel falsitate. Est communior Modernorum.

Prob. 1. pars: Propositio per iudicium assertivum distinguitur à prima, & tertia mentis operatione; ergo & per illud constituitur.

Prob. 2. pars: Veritas & falsitas non sunt de conceptu propositionis (nam iudicare de connexionem unius cum altero prius convenit propositioni, quam esse veram vel falsam) ergo essentia propositionis non consistit in veritate vel falsitate.

Objicies 1. Veritas vel falsitas involvuntur in definitione Aristotelica propositionis 1. Perih. c. 4. ergo est de essentia (R. d. c. si illa definitio foret essentialis c. si tantum descriptiva n. :)

Ob. 2. Iudicium assertivum essentialiter dicit representationem objecti (: absolute spectati c. sicuti est, vel non est n. :) atqui veritas

- tas & falsitas sunt representatio objecti (: uti
 935 est, vel non est c. secus n. :) ergo. Deinde:
 veritas & falsitas sunt *idem* cum actu iudicii
 assertivi (: secundum id, quod dicunt in recto c.
 in obliquo nempe quoad *objectum* n. :) ergo sunt
 936 de essentia (: Retorqueo: ergo *risibilitas*, quæ
radicaliter sumpta est *idem* cum rationalitate,
 est de essentia hominis. :)
- 937 Ob. 3. Veritas & falsitas dant iudicio as-
 sertivo speciem (: *essentialem* n. *accidentalem* c. :)
 ergo. a. p. Iudicium verum à falso distinguitur
 specie (: *accidentali* c. *essentialem* n. :) ergo
 dant speciem.
- 938 Quæres 1. An propositio sit *una* simplex
 qualitas? R. Quod sic: quia *non* componitur
 ex *primis* mentis operationibus; cum mille ap-
 939 prehensiones non faciant iudicium. Nec ex
secundis: quia nisi hæ simplices essent, iterum
 essent compositæ ex aliis, & sic in infinitum.
 940 Nec ex *tertiis*, quia sic esset formaliter discursus;
 ergo. Vid. cit. P. Renz q. 2. a. 2.
- 941 Quæres 2. Utrum in *prima* mentis opera-
 tione detur veritas, vel falsitas? R. Quod *per-*
fecta non detur (quia in ea non datur repræ-
 942 sentatio rei per modum *iudicii*) bene vero *im-*
perfecta, si operatio sit *complexa* (quia in hac
 943 datur representatio rei sicuti est, seu conformi-
 tas actus cum objecto) *non* tamen, si operatio
 sit *incomplexa*, datur *falsitas*: quia si objectum,
 omnino simplex, non representetur, non est
 difformitas, sed *nescientia*. Vid. P. Renz hic
 q. 3. a. 2.

ARTICULUS II.

An propositio semel vera possit transire
 in falsam?

- 944 **P**Rænot. 1. Quæri hic an, si quis actum ju-
 dicii, *Petrus sedet*, continuet per duos qua-
 drantes, & Petrus in primo sedeat, in se-
 cundo autem surgat, illud iudicium ex vero
 fiat falsum?
- 945 Prænot. 2. Objectum propositionis esse
 non solum subiectum & prædicatum, sed etiam
tempus importatum per copulam: unde *hoc*
 mutato, in *esse representati*, etiam mutatur pro-
 positio.
- 946 **CONCLUSIO**: Eadem numero propo-
 sitio semel vera nequit transire in falsam. Ita
T. T. communius.
- 947 Probatur: Quia hæc propositio, *Petrus*
sedet, quando continuatur per duo instantia, vel
 supponit pro *utroque* instanti simul, vel pro *uno*
 948 tantum determinate? Et sic propositio semper
 est falsa, si Petrus per *unum*, vel in illo *determi-*
nato non sedeat. Vel supponit pro uno *inde-*
terminato? & sic semper erit vera, modo semel
 sedeat: ergo.
- Respondent aa. Quod dicta propositio 949
 supponat pro tempore *presenti* in communi, &
 in *confuso*.
- Contra est: Propositio illa est actus *de-* 950
terminatus; ergo etiam debet habere *objectum*
determinatum. Deinde: propositio hæc *sic* sem-
 per erit vera, modo Petrus semel sedeat: sicut
 per aa. hæc *Petrus est animal*, semper vera est,
 modo sit animal, sive hoc, sive illud.
- Objicies 1. *Authoritatem S. Doctoris* 951
 (: R. loquitur de propositione non *numero*, sed
specie tantum *eadem*, vel *conditionate* :) 1. p.
 q. 14. a. 15. ad 3. ergo.
- Ob. 2. Dum hunc actum, *Petrus sedet* 952
 continuo per duo instantia, mutatur objectum
 (: *materiale* c. *formale*, quod est sessio ut habi-
 ta in tempore per copulam importato, n. :) si
 Petrus, in primo quadrante sedens, in secundo
 non sedeat: ergo etiam mutatur veritas.
- Urges: Hæc propositio, *Petrus sedet*, per 953
 duo instantia continuata, in secundo instanti di-
 cit *esse*, sc. sessionem (: pro primo quadrante c.
 pro secundo n. Nam si pro hoc diceret, ab
 initio fuisset falsa. :) quod *non est* actu: ergo
 est falsa in hoc secundo instanti.
- Regeres: Hæc propositio supra taberna- 954
 culum, *hic est panis Angelorum*, præsentate Ve-
 nerabili est vera, absente falsa (: n. hoc; sed si
 supponat pro *omni* tempore, semper est falsa:
 si autem tantum pro tempore *presentie*, semper
 est vera :) ergo.
- Ob. 3. Si videns Petrum dicam, *hic est* 955
Petrus, continuando hunc actum per mediam
 horam; in secundo quadrante autem substitua-
 tur Paulus, tunc mea propositio, in primo qua-
 drante vera, fiet in secundo falsa (: n. hoc;
 quia adhuc habet prius objectum: vel si judi-
 cem, *hunc hominem esse Petrum*, non erit *ea-*
dem numero propositio, quia habet *aliud* obje-
 ctum :) ergo.
- Ob. 4. Potest *idem numero* murus transire 956
 de simili in dissimilem per mutationem solius
termini extrinseci: ergo etiam eadem numero
 propositio de vera in falsam per mutationem
objecti (: n. c. Nam propositio suam *unitatem*
 numericam sumit ab *objecto*; non item murus
 à termino :))
- Ob. 5. urg. Quando Petrus in secundo 957
 instanti *non* sedeat, non mutatur objectum *for-*
male & *specificativum*, sed tantum *materiale* &
verificativum (: n. hoc; quia, quando propo-
 sitio vera transit in falsam, mutatur *connexio*
 sessionis cum Petro pro tempore *presenti indi-*
viduali, saltem implicite representata (quia 958
actus determinatus in tempore *individuali* debet
 significare, & representare in tempore *indi-*
viduali) & non tantum in communi & *precisive*:
 ergo mutatur objectum *formale*, & *specificati-*
 vum; consequenter *non* manet *eadem* numero
 propo-

propositio :) ergo licet transeat in falsam, attamen manet eadem numero propositio.

- 959 Ob. 6. Veritas accidit propositioni (: absolute & secundum se spectata c. ex suppositione, quod illa semel sit vera n. Sic quando numerus semel est impar, imparitas non potest abesse, quin fiat alius numerus :) ergo veritas potest abesse, manente eadem numero propositione.
- 960
- 961 Deduces 1. Multominus eandem numero propositionem posse esse simul veram & falsam; quia alioquin eadem numero res deberet ita esse, & non ita esse; quod implicat. Hinc
- 962 Deduces 2. Propositiones illas, quæ supra se ipsas reflectuntur, & sibimetipsis obijciuntur, sive immediate (ut si dicam hæc mea enuntiatio est falsa) vel mediate (ut si Petrus dicat Paulo, tu nunc falsum dices, Paulus autem respondeat, tu verum dicis) ratione sui nec veras nec falsas esse: quia quatenus supra seipsas reflectuntur non sunt propositiones, eoquod seipsas pro objecto habeant; nam nullus actus intellectus (qualis quoque est propositio seu iudicium assertivum) habet seipsum pro objecto, sed est similitudo sui objecti; nihil autem potest esse suiipsum similitudo, eoquod ejusdem ad seipsum non sit similitudo, sed identitas.
- 963 Proinde similes propositiones sunt tantum tunc tales, cum appellant supra alias propositiones à se distinctas: at tunc semper sunt simpliciter veræ vel falsæ. Vid. P. Renz hic a. 3.

ARTICULUS III.

An una ex duabus contradictoriis de futuro contingente sit determinate vera, altera falsa ante Decretum DEI?

- 966 **P**renotandum: Futurum juxta TT. definiri: est id, quod est determinatum in causa ad habendam existentiam in duratione sequenti. Futuratio formalis vero definiri potest, quod sit existentia rei pro aliquo tempore habenda cum negatione inceptionis: hæcque (in actu exercito) dari non potest sine futuritione causali, prius definita; cum sit hujus effectus. Vid. tr. de Deo n. 489.
- 967
- 968 **CONCLUSIO:** Neutra est determinate vera, vel falsa. Ita TT. contra RR.
- 969 **Probat:** Ante decretum Dei res non sunt determinate futurae, vel non futurae: siquidem hoc non habeant ex se: nec ex causalitate DEI (quia ab hac abstrahimus) nec creaturae; quia causa secunda non potest agere ante primam; ergo.
- 970 **Respondent aa.** Res contingentes futuritionem habere ex suppositione eventus futuri.

Contra est: Suppositio eventus futuri ante decretum est in statu meræ possibilitatis; ergo non potest supponi. Vid. tr. de Deo a. n. 505. 518. &c.

Objicies 1. Autoritates S. D. (: R. lo. 971 quantur tantummodo de propositionibus post decretum :) ergo.

Inst. Peccata sunt futura: atqui Deus peccata non decernit (: decreto approbativo c. permissivo n. :) quia illa non vult fieri; ergo datur futurum sine decreto.

Urg. Deus peccata prohibet: ergo illa non permittit (: permissione legali c. causali n. Nec ita permittendo peccat; quia non tenetur impedire :) 972

Ob. 2. Natura contradictoriarum (: de presenti vel præterito c. de futuro n. :) exigit, ut una illarum sit determinate vera, altera falsa: atqui hæc, Deus decernet mundum, Deus non decernit, sunt contradictoriæ (: de futuro c. de presenti n. :) ergo. 974

Replicas: Hæc disjunctiva, Deus decernet vel non decernit, est determinate vera ante omne decretum: ergo etiam ista, Deus decernit mundum. c. p. Veritas propositionis disjunctivæ sumitur ex veritate alterutrius partis (: determinata n. indeterminata c. Sic ad hoc, ut ista propositio, oculus A. vel oculus B. est necessarius ad videndum, sit vera, tantum alteruter determinate est necessarius :) 975

Ob. 3. Hæc propositio, Antichristus veniet, enuntiat rem, sicut erit; quia hoc est de fide (post decretum c. ante n. :) ergo est vera. Deinde: hæc, Antichristus determinate veniet ante decretum, est determinate falsa: ergo datur determinata veritas ante decretum (: de materia impossibili c. de materia contingenti n. :) 976

Ob. 4. Hæc propositiones, Antichristus est, Antichristus non est, sunt determinate veræ vel falsæ ante decretum: ergo etiam hæc, Antichristus erit, Antichristus non erit (: n. c. Quia priores enuntiant esse actuale: posteriores verò potentiale tantum; idem enim potest habere potentiam ad esse, & non esse :) 978

Ob. 5. Objectum hujus propositionis, Antichristus veniet, habebit determinationem pro illo instanti, nempe pro futuro (: ante decretum n. post c. :) pro quo enuntiat: ergo est determinate vera. c. p. Veritas reliquorum temporum dependet à presenti (: determinato c. indeterminato, quale datur ante decretum, n.) ergo. 979

Ob. 6. Futuratio non dependet à determinatione causæ: ergo. a. p. Alias res futura esset præsens (: quoad existentiam n. quoad determinationem futuritionis c. :) quia determinatio est præsens: ergo. 980

981 Ob. 7. Decretum non est *verificativum* propositionis (: *formale* c. *causale* n. :) quia propositioni tantum est *extrinsecum* (: *indispensabiliter* tamen *præsuppositum* c. *secus* n. Sic non datur album sine *dealbante* :)

982 Ob. 8. Veritas & falsitas (: *aptitudinalis* c. *actualis* n. :) sunt *proprietates* propositionis: ergo has habet *ante* decretum. c. p. Ante hoc habet *determinatam essentiam*: ergo & *proprietates*.

983 Ob. 9. Deus ante suum decretum cognoscit *omnes* eventus *futuros*: ergo sunt *determinate* futuri. a. p. Deus *comprehensive* cognoscit eorum *causas* (ut *determinatas* n. ut *indeterminatas* c. Deus enim ante suum decretum cognoscit eventus *futuros* duntaxat ut *possibiles* :) ergo & *eventus*.

984 Regeres: DEUS antecedenter ad suum decretum cognoscit suum Decretum ut *possibile* (: *negative* id est, non *implicans* c. *positive* id est, ut *determinatum* ad quondam *existendum* n. :) ergo etiam ut *futurum*: consequenter datur *futurum*, & *veritas* ante omne decretum. Vid. tr. de DEO n. 526.



TRACTATUS VI. ET ULTIMUS.

IN LIBROS ANALYTICOS.

DISPUTATIO I^{ca}. DE SYLLOGISMO IN GE- NERE ET SPECIE.

PRO dirigenda *tertia* mentis operatione Aristoteles præscripsit libros quatuor, quos *analyticos* seu *resolutorios* nominavit; quia in iis ostenditur, quomodo *syllogismus* debeat *resolvi* in suas partes & *principia*. In duobus prioribus libris agit de *resolutione* quoad *formam*, ideoque dicuntur *libri priorum*: de *resolutione* quoad *materiam* autem in duobus libris posterioribus; qui ideo appellantur *libri posteriorum*. De utraque jam in *Summulis* plurima sunt dicta. Quæ ibi *omissa* sunt hic *supplebuntur* per duas *Quæstiones*. Harum prima erit de *syllogismo in genere*: altera de *syllogismo in specie*, nempe de *Demonstratione* ejusque *effectu*.

QUÆSTIO I. DE SYLLOGISMO IN GENERE.

ARTICULUS I.

In quo consistat *essentia Syllogismi*? & quomodo *assensus præmissarum* causet *conclusionem*?

PRænotandum 1. *Syllogismus* considerari 985 posse vel *physice* (prout est *tertia* mentis *operatio* & *judicium* formaliter *illativum* unius ex alio) vel *logice*; quatenus importat *artificiosam* terminorum & propositionum *dispositionem* penes modum & figuram. Utroque modo considerati *essentiam* assignabit *conclusio* prima. Sed prius in ordine ad *secundam*.

PRænot. 2. Satis certum esse, quod *Præmissæ* sint *aliquo* modo *causa* *conclusionis*; quia, ut *Aristoteles* in *præsenti* docet, *omnis cognitio* *discursiva* fit ex *præexistente* *cognitione* *præmissarum*; ubi particula *EX* utique *causalitatem* denotat. Num *physicam*? dicet *conclusio* altera.

CONCLUSIO I. *Essentia Syllogismi* 987 *logice* spectata consistit in *præmissis* & *conclusionem* simul: *physice* autem in *sola* *conclusionem*. Est *communior* *Philosophorum*.

Prob. 1. pars: *Syllogismus* *logice* spectatus 988 *essentialiter* involvit *figuram* & *modum* *logicum*; qui absque tribus *propositionibus* haberi nequeunt: ergo.

Prob. 2. pars: *Syllogismus* *physice* spectatus 989 per *conclusionem* seu *judicium* *allativum* *distinguitur* à *prima* & *secunda* *mentis* *operatione*: ergo & per *illam* *solam* *constituitur*.

CONCLUSIO II. *Assensus præmissarum* 990 *efficienter* *physice* causat *assensum* *conclusionis*. Ita *TT. ex S. D. 1. post lect. 3.*

Probatur: *Assensus præmissarum* *constituit* 991 *intellectum completum* in actu *primo*, ad *efficiendam* *conclusionem* (eoquod sine *assensu* *præmissarum* unum ex alio *inferre* haud queat; utut possit aliàs quid *cognoscere*) ergo causat *assensum* *conclusionis* *physice*.

Objicies 1. cont. 1. *concl. part. 1.* *Aristoteles* 1. *post. c. 25.* docet, *syllogismus* consistere *duobus* tantum *propositionibus* (x. d. a. si *sumantur* *strictè* c. si *late* n. Tunc enim etiam *conclusio* est *propositio* :) ergo non consistit in *conclusionem*.

Inst. *Conclusio* est *effectus* *syllogismi* 993 (: *adequate* spectati n. *inadequate* c. :) ergo non est de *eius* *essentia*. a. p. *Conclusio* est *scientia* (: *subd. actualis* c. *habitualis* n. :) ergo.

Obi. 2. *Syllogismus* in *Barbara* & *Baralip* non differunt *essentialiter*, & tamen habent *diversas* *conclusiones* (: *formaliter*, vi *dispositionis* 994

tionis n. solum *materialiter*, nempe vi conclusionis, c. :) ergo conclusio non est quid essentialis *sylogismi*. Maxime: quia *hic* est simplex qualitas (: spectatus *physice* c. logice n. :) ergo.

995 Ob. 3. cont. 2. part. In definitione syllogismi *physice* considerati ponuntur etiam *præmissæ* (: in recto n. in obliquo c. Nam etsi *logice* nil aliud sit quam tres propositiones; *physice* tamen est tanquam illatio *unius* ex *alio* :) ergo hæc quoque sunt de essentia.

996 Ob. 4. Si essentia syllogismi *physice* spectati consistit in *sola* conclusione reflexiva, tunc conclusio erit integer syllogismus (: si tangeret præmissas tanquam sui *partem* c. si præcise tanquam *connotatum* n. :) Item: tunc medius terminus ingrederetur conclusionem (: tanquam *pars* n. tanquam *connotatum* c. :) Imo conclusio (: *objectiva* seu objectum conclusionis c. *formalis* n. :) sæpe foret simul affirmativa & negativa, nempe quoties una præmissa esset affirmativa, altera autem negativa: atqui hæc sunt absurdæ; ergo.

997 Ob. 5. cont. 2. concl. Ad eliciendum actum *voluntatis* sufficit *voluntas*: ergo quoque sufficit intellectus ad eliciendum *actum* intellectus non-illativum c. *illativum* n. :) c. p. Unus actus non producit *aliud* (: nisi illum *virtute* contineat c. secus n. Sic *intentio* finis est causa *electionis* mediorum :) ergo.

998 Ob. 6. urg. Etsi voluntas non possit amare bonum, nisi ei proponatur ab intellectu, nihilominus intellectus non est causa *efficiens* illius amoris, ergo quoque etsi intellectus nequeat assentiri conclusioni nisi posito assensu præmissarum, tamen *assensus* ille non erit *causa* efficiens assensus in conclusionem (: n. c. Quia actus *intellectus* non sunt ita proportionati ad producendos actus *voluntatis*, utpote actus *alterius* potentia, sicut proportionati sunt ad producendos actus intellectus, qui sunt in eodem genere :) ergo.

999 Ob. 7. Assensus præmissarum non est *simul* cum assensu conclusionis (: *in se* c. in sua *virtute*, nempe in specie expressa, n. :) quia intellectus non potest simul ferri in *plura* (: non-subordinata c. *subordinata* n. :) ergo non est hujus causa. c. p. Causa & effectus debent esse simul; ergo.

1000 Ob. 8. Idem non potest esse causa *efficiens* sui ipsius: atqui assensus præmissarum (: *reflexivus* c. *directus* & secundum se spectatus n. :) est idem cum assensu conclusionis; ergo hunc non potest causare. Deinde: præmissæ non sunt causa univoca; quia non sunt *eiusdem* speciei cum conclusione, quæ spectat ad habitum *scientia*, præmissæ autem ad habitum primorum principiorum: nec *equivoca*, quia *hæc* est causa *universalis* tantum & remota (: si concurrat *principaliter* c. si solum *instrumentaliter* n. Sic acci-

dentia immediate producant *substantiam*, lux calorem &c. :) ergo.

ARTICULUS II.

Quomodo assensus præmissarum necessitet ad assensum conclusionis?

PRænotandum: Quod necessitas sit duplex, 1001 *contrarietatis* seu specificationis (vi cuius potentia ita determinatur ad *actum*, ut illum quidem possit *suspendere*, non tamen *contrarium* elicere) & *contradictionis* seu exercitii, quando ne quidem potest actum suspendere, sic oculus apertus non potest non videre. Quæritur hæc de præmissis *evidentibus*, & bene penetratis tam quoad materiam quam formam.

CONCLUSIO: Intellectus, posito assensu 1002 præmissarum, *necessitatur* ad assensum conclusionis necessitate *specificationis* & *exercitii*. Ita *communis T. T. ex S. D. 1. p. q. 82. in c.*

Prob. 1. pars: Per assensum præmissarum 1003 objectum illi proponitur ut *evidenter verum*; ergo non potest illi dissentire: sicut voluntas non potest bonum, propositum ut bonum, odisse.

Prob. 2. pars: Quia potentia *necessaria*, 1004 uti est intellectus, positus omnibus ad agendum requisitis, necessario agit: ergo non potest non assentiri conclusioni, saltem *quantum est de se*.

Objicies 1. cont. 2. part. *Voluntas*, propo- 1005 sito sibi sufficienter *bono*, non necessitatur ad amorem illius necessitate *exercitii* (: *h. t.* quia *volito* sine, non potest non velle *media* :) ergo nec intellectus respectu *veri* (: n. c. Quia voluntas est potentia *formaliter* libera: intellectus *formaliter* necessaria :) ergo.

Ob. 2. Concessis his præmissis, *omne ra-* 1006 *tionale est risibile*, *omnis homo est rationalis*, intellectus potest inferre conclusionem vel in *Barbara*, vel in *Baralip* (: immediate n. *mediante* conversione c. :) ergo potest manere suspensus, nisi detetminetur à voluntate.

Ob. 3. Intellectus subest imperio volun- 1007 tatis quoad *exercitium* suorum actuum: ergo non necessitatur (: quantum est *de se* n. per accidens, ex *petulantia* voluntatis c. :) Maxime: quia intellectus, posito assensu præmissarum, potest distrahi (: hoc est per *accidens*: nos loquimur de *quantum est de se* :) ergo.

Regeres: Oculus quoad res evidentem pro- 1008 positas nequit impediri à voluntate, ne eas videat; ergo nec intellectus, ne assentiatur (: n. c. Quoniam proponi oculo, & *videri* sunt *idem*: non autem proponi *intellectui* & assentiri; nam ad hoc requiruntur duo actus, *apprehensio* & *assensio* :) ergo.

Ob. 4. Sic non dabitur habitus in ordine 1009 ad inferendas conclusiones; consequenter nec scientia habitualis. S. p. Quia supposito, quod intellectus necessitetur (: necessitate *absoluta* &

naturali c. si necessitetur tantum *conditionate*, quod præmissæ sint veræ & penetratæ n. :) in eo nulla datur *difficultas* (: si præmissæ sint veræ & penetratæ c. si non, ut sapius fit n. :) ergo nec habitus.

QUÆSTIO II.

DE SYLLOGISMO DEMONSTRATIVO, EJUSQUE EFFECTU, NEMPE SCIENTIA.

ARTICULUS I.

Unde desumatur Scientiarum unitas & distinctio tam generica quam specifica?

P Rænotandum 1. Syllogismum demonstrativum (qui est præcipua species syllogismi in communi, ex *Sumul. n. 206.*) seu demonstrationem bene definiri: *est argumentatio constans tribus propositionibus necessariis, certis, & evidentibus.* Ubi, non requiri evidentiam actualem, supponitur ex *tr. de Deo à n. 46.* Dividitur in demonstrationem à priori (quæ fit per causam vel realem vel virtualem) & in demonstrationem à posteriori (quæ fit per effectum) Item in demonstrationem propter quid (quæ fit per causam proximam & immediatam) ac in demonstrationem Quia: quæ fit vel per causam remotam, vel per effectum, vel per aliud necessario connexum. Circa quas divisiones adhuc

P Rænot. 2. Demonstrationem propter quid distingui à demonstratione à priori, & demonstrationem. Quia à demonstratione à posteriori per hoc, quod demonstratio à priori & posteriori latius pateant, veluti ex earum definitione colligi potest. Porro prædicta divisio est adæquata: & univoca. Ratio primi est: quia traditur per membra divisum exhaurientia; nam alius modus demonstrandi nullus superest quam vel per causam proximam vel remotam; ergo. Ratio secundi est: quia æqualiter participant rationem genericam demonstrationis, quæ est *facere scire*; quanquam demonstratio propter quid sit perfectior species quàm demonstratio Quia, utpote quæ procedit per causam in essendo tantum. Hoc tamen non tollit univocationem, sicut non tollit univocationem animalis, etsi homo sit perfectior species quam bos &c. Circa hanc speciem præcipuam

P Rænotat. 3. Demonstrationem propter quid definiri communiter ex Aristotele 1. post. c. 2. Quod sit syllogismus constans præmissis veris, primis, immediatis, notioribus & prioribus, causisque conclusionis. Cujus definitionis particulas singulas accurate examinat P. Renz *hic a. 3. 4. & 5.* Cæterum etsi in demonstratione admitti queat circulus materialis; non tamen admitti potest formalis. Ratio primi est: quia potest fieri, ut

conclusio deducta ex præmissis aliunde sit notior ipsis præmissis; ergo tunc assumi potest tanquam medium. Ratio secundi est: quia si daretur circulus formalis, idem respectu ejusdem esset notius & ignotius; quod implicat; ergo. *Vid. cir. Renz a. 6.* In quo simul videri poterit ars pro demonstratione inveniendi medium, alias *pons asinus* dicta, quem nos quasi unico saltu jam transilivimus in *Summulis n. 242.* Ut deveniamus ad hujus effectum;

P Rænot. 4. Proprium effectum Demonstrationis esse scientiam. Datur hæc à parte rei quidem (quia dantur cognitiones certæ & evidentes rei necessariæ per causam necessariam) non tamen nobis est *connaturaliter* cognita (quia scientias *sine labore* non acquirimus) nec una tantum, sed dantur plures genere & specie diversæ: quia dantur plures & diversi modi tendendi in objectum scibile. Nec ex eo, quod detur unica duntaxat potentia intellectiva respectu omnium intelligibilium, sequitur, quod etiam una tantum detur scientia: quia scibilia non conveniunt sub una ratione formali scibilis, prout tamen omnia intelligibilia conveniunt sub ratione entis. *Vid. P. Renz. a. 3.*

P Rænot. 5. Nunc inquiri, unde scientiæ suam unitatem vel diversitatem desumant? Ubi quæstio non est de distinctione numerica; quæ sumitur à distinctione subjecti: sed de generica vel specifica, quæ à ratione formali sub qua, seu abstractione à materia desumenda est. Ubi advertendum, abstractionem à materia esse triplicem. 1. A materia singulari; qualem habet Physica. 2. A materia sensibili; sic Mathematica agit de quantitate, abstrahendo, an sit rubra &c. 3. A materia intelligibili, sc. materia prima, ut Metaphysica: & Logica, quæ insuper abstrahit ab omni ente reali. Insuper notandum, in abstractione considerari posse terminum à quo (quæ est ipsa materia) & terminum ad quem; qui est ipsa actualitas seu immaterialitas, ad quem acceditur.

CONCLUSIO I. Distinctio generica scientiarum desumenda est ab abstractione à materia, prout ex præmissis descendit in conclusiones. Ita communis.

Probatur: Quia hæc facit, ut objectum cuiuslibet scientiæ sit idem vel diversum cum objectis aliarum scientiarum; cum faciat, ut sit necessarium, & scibile, utpote tollens radicem contingentia, quæ est materia. Et quidem prout ex præmissis descendit in conclusiones: quia scibilitas est intelligibilitas, prout importat illationem ex præmissis, seu causis; ergo.

CONCLUSIO II. Distinctio specifica vero sumitur ex diversitate principiorum intra eandem abstractionem. Iterum communis.

Probatur: Quia diversitas principiorum facit, ubi objectum cuiuslibet scientiæ sit specie diversum: nam sola abstractio id non facit; eo quod

quod dentur scientiæ *specie diversa* (v. g. Arithmetica & Mathematica) quæ tamen habent eandem abstractionem à materia, sc. *singulari* & *sensibili*; ergo. Præcipue: cum scientia sit modus cognoscendi *illativus* ex præmissis, velut principiis; ergo.

1036 Obijcies 1. cont. 1. concl. Intra eandem abstractionem dantur scientiæ *genere diversa*; ergo. a. p. Hæc conclusio, *Deus est*, semper eodem modo abstrahit (: *R. d. a. entitative & secundum se* spectata c. *applicativæ* ad intellectum n. :) sc. à materia intelligibili; & tamen attingitur à *Theologia*, *Metaphysica*, ac *Physica*, quæ *genere* distinguuntur; ergo.

1037 Ob. 2. Scientiæ jam differunt *genere* (: *proximo* n. *supremo* vel *subalterno* c. :) antecedenter ad *abstractionem*: ergo per hanc non potest illis accedere *differentia generica* (: *suprema* c. *proxima* n. :) a. p. Quia *sine* differunt: ergo.

1038 Ob. 3. cont. 2. concl. Omnes scientiæ *naturales* habent eandem principia (: intra eandem abstractionem n. sub *diversa* c. :) ex illo principio, *quodlibet est*, vel *non est*, deducta: ergo non distinguuntur inter se *specie* per principia diversa.

1039 Ob. 4. *Diversa principia* sunt *diversæ* definitiones: atqui *diversæ Definitiones* non causant *diversas* scientias; ergo. m. p. In eadem scientia dantur definitiones *diversissimæ* (: *materialiter* c. *formaliter* n. :) ergo. a. p. Dantur *diversa definita* (: in *linea scibilis* n. *entis* c. :) ergo.

ARTICULUS II.

An scientia totalis sit una simplex qualitas?

1040 CONCLUSIO: Scientia totalis est una simplex qualitas: seu unicus habitus perficiens intellectum circa omnes conclusiones illius scientiæ. Ita *TT. ex S. Th. 1. 2. q. 54. a. 8. in c. &c.*

1041 Prob. 1. *Potentia*, visiva v. g. est una simplex qualitas, extendens se ad quodlibet objectum comprehensum sub sua ratione formali: ergo etiam *habitus* scientificus, seu scientia.

1042 Prob. 2. *Habitus infusus* est una simplex qualitas; ergo & *acquisitus*. s. p. Quia uterque sub eadem ratione formali tendit in suum objectum: nempe sub *unico* principio, quod est *definitio* objecti, ergo.

R. P. A. Schnell, Phil. P. I.

Obijcies 1. In quavis scientia totali sunt plures formaliter ac *specie diversi* actus (: *R. in esse* rei c. in *esse scibilis* n. Nam omnes per eadem principia tendunt in sua objecta :) ergo. a. p. Demonstratio, quod *definitio sit* *clarior suo definito*, est alius *specie* actus ab hoc, quod *sylogismus in Barbara* bene concludat; ergo.

Ob. 2. In eadem scientia sunt plures difficultates superandæ (: *materiales* c. *formales* n. :) ergo requiruntur *distincti* habitus. a. p. Sic in *Physica* est *alia* difficultas in libris *physicorum*, *alia* in libris de anima; ergo.

Infers: Ergo, qui scit primam conclusionem logicam, habet totum habitum logicæ (: *entitative* c. *extensive* n. :)

Ob. 3. Scientia totalis est *divisibilis*; ergo. a. p. Potest amitti (: quoad *entitatem* n. quoad *extensionem* c. :) secundum *unam* conclusionem; ergo.

ARTICULUS III.

Num scientia subalternata in absentia subalternantis sit proprie dicta scientia?

PRÆNOT. 1. Scientiam *subalternatam* dici, quæ est sub *altera*; subalternantem autem, quæ *sub se* habet alteram: ita ut conclusiones subalternantis sint principia subalternata.

PRÆNOT. 2. Ad scientiam subalternatam communiter requiri tres condiciones. 1. Ut subalternata non habeat principia nisi manifestata à subalternante. 2. Ut objectum subalternatæ addat *differentiam* accidentalem supra objectum subalternantis. 3. Ut vi hujus additamenti scientia subalternata *novas* proprietates de illo demonstrare possit.

PRÆNOT. 3. Etsi dictæ tres condiciones omnes ad subalternationem in scientiis objectum *finitum* habentibus necessariae sint; nihilominus solam primam requiri, ubi habetur objectum infinitum. Hinc *Theologia* vere subalternatur *Scientiæ Beatæ*, quamvis ad objectum *Beatorum* non addat *differentiam* accidentalem: prout ostendimus in *tr. de Deo* à n. 63. His suppositis, ad *dubium* propositum respondet hæc

CONCLUSIO: Scientia subalternata etiam in absentia subalternantis est vere & proprie dicta scientia. Ita *TT. contra TT. P. Renz &c.*

R

Prob.

- 1053 Prob. 1. Scientia subalternata ex principiis *certis & evidentibus*, radicaliter saltem (quatenus nempe illi per se nota sunt lumine scientiæ superioris seu subalternantis) infert suas conclusiones: ergo est vera & proprie dicta scientia. Confirmatur &
- 1054 Prob. 2. Ad scientiam proprie dictam non requiritur necessario evidentia actualis, sed sufficit *radicalis* seu aptitudinalis. a. p. Theologia est proprie dicta scientia, ex *tr. de Deo à. n. 45.* & tamen non habet evidentiam *actualem* suorum principiorum sed præcise *radicalem*; ergo. Sic ad *habitu*m non requiritur essentialiter *actualis* immobilitas (alioquin in nullo tyronè foret vera scientia) sed *exigiva & radicalis* tantum: ergo.
- 1056 Prob. 3. Non est de ratione scientiæ essentialiter, ut resolvat suas conclusiones *immediate* in sua principia. a. p. Subalternata etiam in *presentia* subalternantis non resolvit suas conclusiones *immediate* in sua principia sed mediante subalternante; & tamen est scientia: ergo.
- 1057 Objicies 1. S. D. 2. 2. q. 1. a. 5. in c. & passim alibi docet aperte, quod omnis scientia exigat principia per se *nota & visa* (x. d. a. semper *immediate* n. subinde *mediate* c. Secus enim subalternata non foret scientia etiam *ut conjuncta* cum subalternante, ex n. 1056. :) qualia subalternata non habet; ergo.
- 1058 Ob. 2. Scientia est cognitio certa & *evidens* (: radicaliter c. *actualiter* subd. si sit scientia subalternans vel alia *superior* c. si subalternata & *inferior* n. :) atqui subalternata non est talis; quia *credit* sua principia fide humana (: ita ut fides sit *ratio* assentiendi n. ita ut sit tantum *applicatio* c. :) Vid. cit. *tr. de Deo à. n. 54. & 64.*
- 1060 Ob. 3. urg. Ad *fidem* proprie dictam non sufficit *obscuritas* tantum *aptitudinalis*: ergo nec ad *scientiam* sufficit evidentia solum radicalis (: n. c. Quia *obscuritas actualis* est de essentia fidei, eoquod per *illam* ab omnibus aliis habitibus distinguatur: econtra de essentia *scientia* non est evidentia actualis sed *certitudo actualis* tantum; cum pariter per *hanc* distinguatur ab omni alio :)
- 1061 Ob. 4. Si subalternata foret scientia propter evidentiam *radicalem*, tunc *hæc* ei conveniret ratione *principiorum*: atqui hæc sunt obscura (: quatenus substant *fidei humana* c. quatenus substant *lumini* scientiæ *subalternantis* n. :) ergo. m. p. Etiam *principia* procedunt ex *fide* humana (: tanquam à causa influente *per se* n.
- per *accidens* c. Nam subalternata per se petit procedere ex principiis *evidenter notis* per lumen scientiæ *superioris*, eoipso quod *huic* subalternetur :) ergo.
- Ob. 5. Qui habet *solum* subalternatam, 1062 non scit se scire: ergo non habet scientiam. a. p. Non potest suas conclusiones resolvere in sua principia (: lumine proprio *subalternatæ* c. lumine alieno *subalternantis* n. :) ergo non habet scientiam perfectam (: *accidentaliter* c. *substantialiter* n. Sic puer est verus homo, licet *accidentaliter* imperfectus sit :)
- Ob. 6. Objectum subalternatæ est ens 1063 per accidens v. g. *numerus sonorus* (: ita ut sonorum attingatur in recto & *numerus* in obliquo c. secus n. :) ergo non est scientia. Vid. P. Hueber *hic* n. 375.

ARTICULUS IV.

ET ULT.

An in eodem intellectu circa idem objectum possint simul stare scientia & opinio?

PRÆnotandum: Ut confusio vitetur, nos tantum loqui de *actu* scientiæ, & *actu* opinionis (non quidem quocumque sed *primario*, qui est *assensus firmus*, vel infirmus) ita tamen, ut exinde facillime colligi possit, quid de *habitibus* inter se, aut de *habitu* unius & actu alterius sentiendum sit.

CONCLUSIO: Scientia & opinio simul 1065 stare non possunt, etiam respectu *diversi* medii. Ita T. T. ex S. D. q. 14. de *verit. a. 9. ad 9. & c. cont. T. T.*

Prob. 1. Quia alias idem intellectus (ut 1066 pote habens *scientiam*, de cuius *ratione formali* est habere *certitudinem*) esset *certus*; & simul non esset *certus*; utpote habens simul *opinionem*, de cuius *ratione* essentiali est habere *incertitudinem* seu *formidinem* oppositi, ex cit. S. D. ergo.

Respondent aa. 1. Intellectum posse esse 1067 certum & non certum per *diversa* media & *motiva*: sicque non esse contradictoria.

Contra est 1. Sic tantummodo sequitur, 1068 quòd idem objectum possit simul *probari* per medium *demonstrativum*, & *probabile*: quod non negatur. Non verò sequitur, quòd detur *assensus firmus* & infirmus, *practice* & in actu exercito talis, de quo quæritur.

Con-

1069 Contra est 2. Diversitas *medii* non tollit impossibilitatem scientiæ & opinionis; quia producant effectus privative oppositos, sc. certitudinem, & *incertitudinem*, non tantum *præcisive*, sed positive quoniam de essentia *opinionis* est, esse cum *formidine* oppositi: adeoque est carentia certitudinis. Sic lux & tenebræ non possunt simul stare, etsi procedant à *diversis* causis: ergo.

1070 Respondent aa. 2. Opinionem facere intellectum incertum & formidolosum, non actualiter sed *radicaliter*: quatenus ex vi motivi *debilis* formidare posset, nisi aliunde certificaretur.

1071 Contra est 1. Per actum scientiæ excluditur *omnis* formido, etiam radicalis (quia per hunc *firmissime* adhaeremus objecto; in hac enim adhaerentia consistit certitudo scientiæ) ergo excluditur omnis actus opinionis; etiam radicaliter solum formidans: eoquod per actum radicaliter *formidantem* objecto non adhaeremus *firmissime*; alias esset actus scientiæ; ergo.

1072 Contra est 2. *Opinio* facit intellectum non tantum radicaliter sed *actualiter* formidantem; ergo. a. p. *Scientia* facit intellectum actualiter certum: ergo & opinio *actualiter* formidantem. c. p. Cognoscit objectum ut *actu* incertum; cum proponatur ei per media incerta; ergo. Nec obest, quod *opinio* sit malum: Quippe etiam suspicio est *malum*; & tamen requirit *actualem* levitatem motivi; ergo.

1073 Prob. 2. Implicat idem moveri ab uno velociter, ab altero tarde (quia tarditas involvit *privationem* velocitatis) ergo etiam implicat eundem intellectum moveri simul à *motivo* certo & *incerto*; quia motivum certum quoque involvit *privationem* incertitudinis: consequenter scientia & opinio non possunt simul stare.

1074 Obijcies 1. *Authoritates* S. D. passim impressas (: *scilicet* his opponendo nostras: vel dico, quod non loquantur *assertive*, sed *permissive* duntaxat:)

1075 Ob. 2. Facere *certum* & *incertum*, se mutuo non expellunt; ergo scientia & opinio simul stant. a. p. Licet *dulcedo* faciat lac dulce, & *albedo* album; non tamen se mutuo expellunt: ergo pariter (: n. c. Quia scientia & opinio opponuntur *privative*, saltem quoad effectus; de quibus sermo est: non item *albedo* & *dulcedo* :)

Ob. 3. Oppositio inter actum scientiæ 1076 & opinionis non est privativa (: ex parte actuum c. effectuum n. :) ergo. a. p. Est inter duo entia *positiva*; ergo.

Ob. 4. inst. Idem objectum potest esse certum & incertum per *diversa* media; ergo etiam idem intellectus (: n. c. Quoniam certitudo incertitudoque non denominant objectum certum & incertum secundum *idem*: bene vero *intellectum*; quia objectum, de quo esset certus & incertus, sumeretur *absolute* & non *respective* ad *diversa* media; secus non esset *idem* objectum :)

Ob. 5. Causa scientiæ sc. præmissæ demonstrativæ, & causa opinionis sc. præmissæ probabiles, sunt compossibiles in eodem intellectu: ergo etiam earum effectus (: si subjectum esset *capax* illorum simul habendorum c. si sit *incapax* n. :) ergo.

Ob. 6. Talis est conclusio (: quantum 1079 ad *deducibilitatem* objectivam c. quantum ad actum *inhæsitivum* n. :) quales sunt præmissæ: atqui *sciens* conclusionem, potest cognoscere præmissas probabiles; ergo.

Ob. 7. Lumen majus, & lumen minus 1080 possunt esse in eadem parte aëris (: t. quia eadem res non potest simul crescere & decrescere :) ergo etiam assensus scientificus & opinativus in eodem intellectu (: n. c. Eoquod lumen majus & minus sibi non opponantur *privative*, uti actus scientiæ & opinionis :)

Ob. 8. In eodem intellectu potest simul 1081 stare cognitio Dei *intuitiva* & *abstractiva*: ergo etiam scientia & opinio (: n. c. Nam hæ cognitiones non inducunt effectus *privative* oppositos; bene autem scientia & opinio :)

Ob. 9. *Habitus* scientiæ & actus opinionis 1082 possunt simul esse in eodem intellectu: ergo etiam *habitus* scientiæ cum *habitu* opinionis (: n. c. Quia *habitus* scientiæ & actus opinionis non opponuntur *formaliter*, uti *habitus* scientiæ & *habitus* opinionis: siquidem implicet idem esse *habitualmente* certum, & *habitualmente* incertum :)

Ob. 10. Possunt simul stare assensus scientificus, & assensus fidei de eodem objecto; ergo etiam opinativus. a. p. Philosophus Christianus potest per demonstrationem habere scientiam de existentia Dei (: ut auctoris natura

tura c. gratia n. :) & simul habere fidem de eadem existentia; ergo.

1084 Ob. 11. In S. Paulo fides & clara visio simul stare potuerunt (: transeunter c. permanenter n. :) ergo etiam fides & scientia.

1085 Dices: Duratio actus non facit, nec tollit impossibilitatem (: per se c. per accidens n. :) ergo si fides non stat cum visione permanente, neque stabit cum visione transeunte (: n. c. Visio transiens enim hoc ipso, quod non sit habitualis perfecte, non opponitur ineventiæ habituali fidei: sic accidens spirituale transeunter potest subijctari in re corporea,

aqua baptismali v. g., utut corporeum & spirituale opponantur, ex tr. 1. de Sacra. à. n. 152. :)

Ob. Ult. Româ tantum semel visâ, perdo fidem de existentia Romæ: ergo etiam, viso semel Deo, perdo fidem (: n. c. Quia ex visione Romæ relinquitur species expressa; quæ tamen in visione Dei transeunte non relinquitur. De quo plura Theologi! Nos in Parte IV. Theologiæ nostræ compendiatæ, vid. in tr. de Grat. à. n. 478. Pro coronide hîc, uti ibidem, unice exoptantes cum SS.

P. N. B. S. Reg.

c. 57.

UT IN OMNIBUS GLORIFICETUR DEUS.

